PIUS PP. XII EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

CONSTITUTIO APOSTOLICA

# *EXSUL FAMILIA*

## DE SPIRITUALI EMIGRANTIUM CURA

Exsul Familia Nazarethana Iesus, Maria, Ioseph, cum ad Aegyptum emigrans tum in Aegypto profuga impii regis iram aufugiens, typus, exemplar et praesidium exstat omnium quorumlibet temporum et locorum emigrantium, peregrinorum ac profugorum omne genus, qui, vel metu persecutionum vel egestate compulsi, patrium locum suavesque parentes et propinquos ac dulces amicos derelinquere coguntur et aliena petere.

Decreverat enim omnipotens et misericors Deus ut consubstantialis Filius « in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo » (1), una cum Virgine Immaculata Matre pioque Custode, in isto quoque aerumnarum ac maerorum genere primogenitus esset in multis fratribus (2) eosque anteiret. Quae solaminis in adversis argumenta et exempli prolationes ne elanguescerent sed potius in exsulibus ac emigratis producerent unum in laboribus confugium spemque christianam foverent, oportuit peculiari cura sedulaque adsistentia ab Ecclesia ipsi donarentur, qua morigerae vitae aleretur praxis et integra servaretur a maioribus tradita fides; insimul novi generis obstaculis apud exteras regiones ingruentibus, antehac haud cognitis nec praevisis, paria opponerentur remedia et apta suppeditarentur auxilia, praesertim adversus insidias pravorum hominum, impie, proh dolor, quaeritantìum emigratorum consuetudinem potius ad spiritualem ipsorum ruinam quam ad materialem eorumdem utilitatem.

Quantae vero angoris causae exstitissent immo et exstarent si huiusmodi evangelicum ministerium defecisset aut deficeret! Gravius enim dolendum foret quam tristibus divi Augustini

temporibus cum Hipponensis Episcopus sacerdotes enixe hortabatur ne, prementibus calamitatibus, gregem ullo modo sine pastore derelinquerent, bona, si cum ovibus permansissent, futura ostendens, mala autem, si defuissent, certa praedicens « Ubi si ministri desint, quantum exitium sequitur eos, qui de isto saeculo vel non regenerati exeunt vel ligati! quantus est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in vitae aeternae requie non habebunt! quantus denique gemitus omnium, et quorumdam quanta blasphemia de absentia ministeriorum et ministrorum! Vide quid faciat malorum temporalium timor, et quanta in eo sit acquisitio malorum aeternorum. Si autem ministri adsint, pro viribus quas eis Dominus subministrat, omnibus subvenitur: alii baptizantur, alii reconciliantur, nulli Dominici corporis communione fraudantur, omnes consolantur, aedificantur, exhortantur, ut Deum rogent, qui potens est omnia quae timentur, avertere »(3).

## TITULUS PRIMUS

## DE MATERNA ECCLESIAE
## IN EMIGRANTES SOLLICITUDINE

### I

Sancta igitur Mater Ecclesia, impenso animarum amore compulsa, partes universalis salvifici mandati sibi a Christo concrediti implere contendit, curam praesertim spiritualem etiam de peregrinis, de advenis, de exsulibus, de emigrantibus universis pro viribus gerens ope in primis Sacerdotum, qui gratiae charismatum collatione ac divini verbi praedicatione christifidelium fidem caritatis vinculo sollicite confirmarent.

Quae proinde hac in re Ecclesia longe anteactis temporibus gesserit, placet breviter tantum attingere; fusius autem quae nostra tempora respiciunt disseremus.

Primum ideo recolimus quae S. Ambrosius egit et verba ab ipso prolata, quum praeclarus ille Mediolanensis Pastor, ut deductos in captivitatem miseros, post imperatorem Valentem apud Hadrianopolim profugatum, redimere valeret, vasa sacra confregit, hac quidem ratione motus, ut egenos a damnis materialibus praecaveret eosque ab instantibus spiritualibus periculis, sane gravioribus, eriperet. « Quis autem est tam durus — sic Ambrosius — immitis, ferreus, cui displiceat quod homo redimitur a morte, femina ab impuritatibus barbarorum, quae graviores morte sunt; adulescentulae vel pueruli, vel infantes ab idolorum contagiis, quibus mortis metu inquinabantur? Quam causam nos etsi non sine ratione aliqua gessimus, tamen ita in populo prosecuti sumus, ut confiteremur multoque fuisse commodius astrueremus, ut animas Domino quam aurum servaremus » (4).

Enitet pariter nava Pastorum et sacerdotum alacritas, qui verae fidei beneficium hominumque commercium ac consuetudinem novarum regionum incolis comparare et irruentibus incultis

populis, religioni christianae ac gentium humanitati uno tempore genitis, indigenarum consociationem afferre studuerunt.

Inclitos iuverit recolere religiosos Ordines pro captivis redimendis institutos, quorum sodales, Christi flagrantes caritate, haud exigua incommoda pro fratribus in vinculis tolerare non sunt dedignati, ut plurimos eorum libertate donare, aut saltem solari valerent.

Novis autem detectis in aversa orbis parte territoriis, non defuerunt Christi sacerdotes impigri comites eorum, qui in illis regionibus colonias deducebant, sive ne isti a christianis moribus recederent neve ex comparatis terrenis bonis audaciae foret accessio, sive ut apte prompteque missionarii exstarent, qui indigenas, divini luminis adhuc penitus ignaros, Fvangelium edocerent eosdemque uti fratres habendos proclamarent.

Neque silentio praetereundi sunt Ecclesiae praecones, qui Nigritas, domo nefarie ablatos et impiae negotiationi in Americae et Europae portibus obnoxios, ex ahiecta condicione reficere contenderunt et Christo lucrifacere (5).

Pauca etiam addere volumus de adsidua cura praestita a piis sodalitatibus ubique christiani Orbis ac potissimum alma in Urbe, medio uti aiunt decurrente aevo, in peregrinorum commodum provide erectis; unde et innumera hospitia, xenodochia, ecclesiae et confraternitates nationales esorta sunt, quorum plura adhuc exstant vestigia. Inter illa specialiter notatu dignae sunt scholae peregrinorum, Saxonum, Langobardorum, Frane.orum et Frisonum, quae iam saeculo octavo ad Vaticanum prope sepulchrum B. Petri Apostolorum Principis constitutae fuerunt ad subveniendum advenis, qui ex regionibus transalpinis Romana peregrinabantur limina Apostolorum visitaturi. Hisce in scholis, propria ecclesia coemeterioque instructis, sacerdotes et clerici praedictarum nationum alebantur, ut curam materialem et spiritualem gererent suorum civium praesertim infirmorum et pauperum. Iis vero, insequentibus saeculis, alia addita sunt monasteria adnexaque peregrinorum hospitia Aethiopum scilicet seu Abissinorum, Hungarorum et Armenorum. Quae omnia feliciter redolent verba Apostoli Pauli conclamantis: « ... necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes » (6).

Quod autem consuetudo probaverat, sacrum nempe ministerium inter advenas et peregrinos utilius evadere si a sacerdotibus eiusdem nationis seu sermonis exerceatur, ubi praesertim agatur de rudibus aut in christiana catechesi vix instructis, Concilium Lateranense IV sollemniter confirmava anno MCCXV probe edicens: « Quoniam in plerisque partibus intra eandem civitatem atque dioecesim permixti sunt populi diversarum linguarum, habentes sub una Me varios ritus et mores: districte praecipimus, ut Pontifices huiusmodi civitatum sive dioecesum provideant viros idoneos, qui secundum diversitates rituum et linguarum Divina officia illis celebrent, et ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos verbo pariter et exemplo » (7). Quod Ecclesia usque ad praesentes dies sancte servavit, paroeciis praesertim pro sermonis seu nationis diversitate conditis, immo et pro rituum varietate interdum dioecesibus peropportune erectis, ut

mox exponemus.

Quantum vero huiusmodi paroeciae, frequentissime a peregrinis ex petitae, dioecesibus ac animabus profuerint, norunt omnes dignaque cohonestant existimatione. Ideoque ipsarum moderamini Codex Iuris Canonici, praescripto canonis CCXVI ad paragraphum IV, consulere non praeteriit ita ut, Apostolica Sede gradatim adprobante, plurimae paroeciae nationales potissimum in America usque numerentur et Sacrae Congregationis Consistorialis decreto, ne alia afferamus exempla, in Insulis Philippinis paroeciae pro Sinensibus nuperrime sint constitutae (8).

## II

Quamvis vero nulla prorsus exstiterint tempora, quibus Ecclesiae sollicitudines emigrantibus, exsulibus et profugis hominibus defuerint, ne diutius tamen immoremur, postremi tantum aevi suscepta referenda censemus.

Nos autem rem aggressuros decet praevie quinquaginta volumina hic commemorare « De Charitate Sedis Apostolicae erga Gallos » (9) in Vaticano tabulario asservata — praeclara revera testimonia constantis Romanorum Pontificum studii in miseros rerum publicarum eversionum vel belli causa extorres — quibus Decessorum Nostrorum Pii Pp. VI et Pii Pp. VII paterna illustratur cura pro Gallis impensa, qui, patria pulsi, vel in fines Pontificiae Ditionis ac potissimum Romam magna cum liberalitate fuerunt accepti vel alio confugerunt.

Digna quoque mentione recolere lubet Beatum Vincentium Pallotti Societatis Apostolatus Catholici Fundatorem. Is enim — quem Nosmet ipsi « Romani Cleri decus et ornamentum » ediximus ac in rutilans Beatorum agmen sub nuper celebrati universalis Iubilaei initium laetanter retulimus — animarum caritate compulsus et desiderio accensus Italorum in Angliam demigrantium fidem catholicam confirmandi, non nullos sodales, qui suorum civium spiritualem susciperent curam, Londinium misit; eidem vero demisse postulanti Decessor Noster Pius Pp. IX facultatem tribuit stipem corrogandi, qua in commodum praesertim Italorum emigratorum a fundamentis excitaretur Londinii templum, Deo in honorem S. Petri Apostolorum Principis dicandum (10).

* * *

Undevicesimo medio labente saeculo, quum numquam antea cognita praeberetur egenis bona fortunandi facultas, ingentesque hominum copiae ab Europae regionibus, ab Italia praesertim, Americam expeterent, Catholica Ecclesia ad bonum spirituale emigrantium curam ac laborem superimpendit. Ipsa enim saeculorum decursu, pro sua erga filios caritate, apostolatus rationes progredienti populorum vitae novisque temporum adiunctis accommodatas non tantum cita probaverat, sed vigilanti induxerat studio, rem socialem, moralem ac religiosam in di serimine positam sedula advertens.

Industriam huius Apostolicae Sedis sollicitudinem, eo alacrius impensam quo segnius publicae auctoritates et privatae institutiones rem prospicere videbantur, acta Decessoris Nostri Leonis Pp. XIII aperte testantur. Qui, non modo humani laboris dignitatem ac iura strenue defenderat, sed etiam opifices in longinquis regionibus vitae necessaria lncraturos enixe contutatus est.

Primo enim vertente anno a Supremo inito Pontificatu, sodalitatem a S. Raphaéle, suis civibus emigrantibus auxiliandis fructuose a Germaniae Episcopis erectam (11), die I Iulii anno MDCCCLXXVIII complacita benignitate laudavit. Haec autem sodalitas in portibus tum profectionis tum appulsus et pro aliis gentibus utpote Belgicis, Austriacis et Italis, labentibus annis, aptissime est constituta.

Anno dein MDCCCLXXXVII utile ac opportunum agnovit, datis Litteris Apostolicis sub anulo Piscatoris, consilium initum a Servo Dei Ioanne Baptista Scalabrini, tunc temporis Placentinorum Antistite, « excitandi... sacrorum virorum Institutum, qui animum et voluntatem gerant in dissitas praesertim Americae plagas proficiscendi, sacri ministerii opem laturi multitudini Italorum fidelium, qui rerum necessitate ad demigrandum de patria compulsi, in iis regionibus domicilium statuerunt » (12). Inde vero, impigris sacerdotibus clarisque Praesulibus adiuvantibus, apostolicus ille Vir, quem de Ecclesia ac Civitate. meritissimum Nos ipsi proclamvimus (13), Collegium sacerdotum fundavit « quo — ut iterum eiusdem Leonis XIII, in epistola de qua infra loquemur, exornatis verbis utamur — ecclesiastici viri quos Christi caritas urget, ex Italia conveniant, ut iis excolantur studiis, iis exerceantur muneribus eaque disciplina, per quam strenue et feliciter pene dissitos Italiae cives legatione pro Christo fungantur » (14). Nova itaque est efformata religiosa familia Missionariorum a Sancto Carolo pro Italis emigratis, cuius conditor Servus Dei celebratur.

Recensere pariter iuvat epistolam ad Archiepiscopos et Episcopos Americae (15), ab eodem immortali Decessore Nostro anno inseguenti datam, utpote quae uberem consiliorum copiam et alacrem virium contentionem in comparandum emigrantium bonum feliciter suscitaverit. Crebri tunc sacerdotes pluresque utriusque sexus religiosi sodales, hac moti ratione ut suis civibus longinque commorantibus opitulaturi adessent, undequaque Americas adierunt: tunc quoque sodalicia oborta et patronatus constituti, in commodum eorum qui ab Italia, a Germania, ab Hibernia, ab Austria et Hungaria, a Gallia, ab Helvetia, a Belgica, ab Hollandia, ab Hispania et Lusitania ad externa turmatim demigrarent; potissimum autem nationales paroeciae provectae sunt.

Qua pollebat sapientia quaque caritate, migrationi etiam ad tempus vel intra Europae fines productae consulere non praetermisit: a Romano Pontifice impertitas curas liquido testantur epistolae ad Italos Ordinarios a Secretaria Status non semel emissae (16).

Enixis vero Pontificis hortamentis motus et animarum actus boro, Ieremias Bonomelli, Cremonensis Episcopus, Opus Italiae operariis adirvandis ad exteras Europae regiones migrantibus constituit, unde plurima civilis cultus ac beneficentiae instituta et florentes

secretariatus prodierunt ac, anno MCM, piis sacerdotibus et laicis bonae notae viris in opus adlectis, « missiones » in Helvetia, in Austria, in Germania et in Gallia frugifere sunt habitae. Tantum ne deficeret beneficum opus, post Praesulis obitum, Decessor Noster Benedictus XV Italorum opificum curam in Europae regiones emigrantium Ferdinando Rodolfi, Episcopo Vicentino, commisit (17).

Neque supervacaneum hic erit multiplices institutiones memorasse pueris ac puellis alendis et educandis, nosocomia ceteraque benefacta pro diversi sermonis diversaeque originis fidelibus utiliter erecta, quae in dies magie magisque fiorent ac prospere vigent. Quasi stella hac in re praefulget Sancta Francisca Xaveria Cabrini, quae consilio praesertim et hortatu Servi Dei Ioannis Baptistae Scalabrini atque auctoritate suffulta eiusdem fel. ree. Leonis Papae XIII, qui illi ut non ad Orientem sed ad Occasum potius verteret oculos suaserat, ad Americae Septentrionalis regiones pergere constituit (18), tantaque caritate in inceptis perseveravit, ut uberrimos fructus referre valuerit et ob eximiam in Italos demigratos pietatem mirosque labores u mater Italorum emigrantium » merito fuerit appellata (19).

* * *

Catholicorum vero operum pro emigrantibus in Europam, in Orientales regiones ac in Amerieam composita ordinatio Decessori Nostro *Beato Pio Pp. X* tribuatur oportet. Qui, olim Salatianensis curio, migraturis dilectissimis fidelibus adstiterat, ut a paroecia recedentibus tutius iter atque commoratio secura appararentur, dein ad Summi Apostolatus apicem assumptus, palantes universalis gregis oves peculiari cura prosequutus est sollicitaque pro emigratione suscepit consilia.

Qua dilectione piissimus ille Pontifex in christifideles in longinquas usque regiones sive Septentrionalis sive Meridionalis Americae demigratos aestuaverit; quo vero gaudio fuerit affectus Episcoporum ac sacerdotum industriam in eosdem impensam aceipiens, liquido patet ex litteris ad Archiepiscopum Neo-Eboracensem die XXVI Februarii a. MCMIV remigsis. Inter alia enim collaudavit ac probavit curas ab eodem pro Italis adhibitas, ut, a periculis tuti, in avitae religionis cultu permanerent utque rite educandis clericis de colonia Italica Seminarium conderetur (20). Hoc idem testatur sermo ad pios e Republica Argentina peregrinos (21); necnon epistolae sive ad Archiepiscopos et Episcopos Brasiliae (22), sive ad Supremum Moderatorem Instituti Missionariorum a Sancto Carolo (23), sive ad Praesidem Piae Societatis Antonianae Universalis et ad Rectorem Societatis Catholicae pro immigrantibus, nuper in Canadensi regione conditae (24).

Ut autem congruens emigrantibus praesto esset spiritualis adsistentia, sive iter peragentibus, sive in portibus escensionis versantibus, sive tandem adoptiva perfruentibus patria, Summo Pontifice adprobante, iam ab anno MCMV constituta fuit Societas Missionariorum a Sancto Antonio Patavino(25).

Quod ad Italiam attinet, praestant normae ad omnes Dicionis Episcopos a Secretaria Status datae (26). Sacra autem Congregatio Consistorialis, per Ordinarios locorum emigrationis et immigrationis de rerum condicione apprime, ipsa rogante (27), edocta, Pontificis mandatum alacriter adimplevit, exstantia pro emigrantibus instituta accommodate componens, nova pro novis adiunctis decernens, et « comitatus » et « patronatus » Ordinariis constituendos commendans (28).

Non una via spirituali emigrantium saluti studiosissimum animum intendit. Cum etenim rescivisset nonnullos opifices in dissitas regiones ex Europa demigratos, prae difficilioribus in quibus versabantur locorum rerumque adiunctis, matrimonium contrahere iuris sollemnitatibus minime servatis, immo et attentare praesumpsisse, ne sacri connubii leges teterrimis obviantibus malis ullo modo pessumirent, Summus Pontifex a Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum providam iussit edi instructionem super status liberi probatione ac matrimonii denunciatione (29): quam annorum decurrente spatio, eadem Sacra Congregatio iterum promulgavit (30), salubribus in commodum emigrantium matrimonium etiam per procuram contrahentium additis normis (31).

Tanto Pontifice universalem Ecclesiam moderante, clericis et fidelibus Rutheni ritus, in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis commorantibus, idoneis normis cautum est eisdemque Episcopus est praefectus (32);  Episcopo pariter Rutheni ritus spiritualis commissa admi nistratio fidelium eiusdem ritus qui in Canadensi regione commorarentur (33);  item, consociatio pro Ecclesiae Catholicae dilatatione Toronti in natione Canadensi constituta, uberesque amplis verbis laudati fructus, quos ipsa societas in tutandis ab haereticorum insidiis catholicis Ruthenis, territoria inter septentriones et occidentem spectantia passim incolentibus, colligere valuit (34); item, mutuae disciplinares relationes inter Episcopos Latinos Canadenses et Episcopum Ruthenorum illius regionis, necnon inter utriusque ritus clerum et christifideles sunt ordinatae (35); ac tandem ecclesia Ssmi Salvatoris ad vicum « delle Coppelle » in Urbe adnexaque domuncula Episcopatui Rumeno Catholico provinciae ecclesiasticae Fogarasiensis et Albae Iuliae donatae (36).

Peculiare Officium apud S. Congregationem Consistorialem de spírituali emigrantium cura constitutum, rerum omnium gestarum protetto est potissima. Cuius « Officii partes erunt — ut B. Pius X aiebat — quaerere et parare omnia, quaecumque opus sint, ut in iis quae ad salutem animarum pertinent, emigrantium latini ritus melior conditio fiat, salvo tamen iure Sacrae Collgregationis Fidei Propagandae in emigrantes ritus orientalis, quibus eadem Congregatio pro suo instituto consulat. Ac de sacerdotibus ipsis emigrantibus hoc idem unite cavebit Officium » (37).

Neque praetermitti poterat emigrantium sacerdotum disciplina: cui equidem Apostolica Sedes per Sacram Congregationem Concilii (38) necnon per Sacram Congregationem de Propaganda Fide si ageretur de clericis ritus Orientalis (39) et per ipsam Sacram Congregationem Consistorialem (40) iampridem prospexerat. Quia vero inter clericos in regiones transmarinas demigrantes nonnulli forte adesse poterant, qui potius pecuniae quam animarum lucrum exquirerent, eiusdem

Sacrae Congregationis Consistorialis decreto aptae editae sunt leges — attingentes etiam sacerdotes « agricolis aliisgne operariis suum praestantes ministerium » (41) — quibus abusus, si adessent, removeri possent, poenis quoque in transgressores statutis. Quae normae, altero Consistoriali decreto Codici Iuris Canonici nuper promulgato accommodatae (42), hucusque fructuose perseverant. Illis autem, subsequentibus temporibus, a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali (43) et a Sacra Congregatione de Propaganda Fide (44), pro sua cuiusque competentia, aliae additae sunt normae.

Ab eodem Summo Pontifice initiam repetit urbanum sacerdotum Collegium pro Italis ad externa emigrantibus (45) ea ratione conditum, ut iuvenes e clero saeculari sacerdotes congruenti studiorum curriculo in peculiari emigrantium sacro ministerio idonee instituerentur; qui ut numero necessitatibus pares haberentur, commonebantur Episcopi, ii praesertim qui frequentiore potirentur sacerdotum copia, « ut si quos in suis sacerdotibus vel clericis animadverterint idoneos, ad Institutum eos destinent (46) ac tandem Beatus ille Pontifex postremis Pontificatus temporibus — mox enim saevituri belli summo confectus maerore ad caeleste praemium evolavit — Collegii statuta ipse amantissimus Pater redegit eaque a S. Congregatione Consistoriali edi praecepit.

* * *

Egregiis Decessoris vestigiis inhaerens curamque emigrantium veluti haereditate relictam enixe prosequens, Summus Pontifex *Benedictus Pp. XV*, vix ad B. Petri Cathedram evectus, praefato Collegio aedes ad S. Apollinaris attribuit (47). Cum vero depopulatis bello regionibus illatisque humano generi aerumnis Apostolica Sedes occurrere contenderet et Collegii necessitatibus una providere nequiret, S. Congregatio Consistorialis, ut Collegium fovere posset, ab Italiae et Americae Ordinariis stipem repetere non est dedignata (48).

Ad subveniendum autem operibus catholicis, quae curam spiritualem Italorum emigrantium actuose gerebant, eadem Sacra Congregatio primum Italiae Ordinarios commonuit, ut, die festo stabiliter statuto, annuatim collecta pro iisdem operibus rogaretur (49), serius vero decrevit, ut quilibet curio semel in anno potius quam pro populo ad mentem Summi Pontificis litaret, stipe pro Missa debita huiusmodi operibus destinata (50). Quam pecuniam norunt equidem omnes, et praesertim emigrantes ac missionarii, ex integro depromi in illarum institutionum auxilium, quae, vel moderante Sacra Consistoriali Congregatione, vel missionariis et utriusque sexus religiosis promoventibus, in exteris dicionibus ad eum finem sunt obortae, ut emigrantibus, quorum « vis credibile est quanto in discrimine catholica fides christianique mores saepe versentur » (51), providum tutumque praeberent praesidium.

Memoratus Pontifex in commodum Italorum emigrantium patronatus ecclesiasticos Ordinariis Calabriae constituendos proposuit (52).

Archiepiscopo Sancti Pauli ceterisque Episcopis Brasilianae dicionis instanter commendavit ut «

advocata in id opera piorum sacerdotum indigenarum » advigilarent, ne advenae operarli, qui spe lucri aut indigentia acti ex Europa illue appulissent, mutatione patrii soli patrios exuerent mores (53); idemque rescripsit Episcopo Trentonensi, cuius laudavit diligentiam in hoc impensam: etenim, statim ac nova Italorum colonia in Trentonensi dioecesi condita fuerat, pro iisdem illico ecclesia continentesque aedes fuerunt excitatae; quod christianae caritatis subsidium ut ubique in Foederatas Americae Civitates Itali emigrati invenire possent, Summus Pontifex vota ex animo deprompsit (54).

Idem Decessor Noster Benedictus XV mentem quoque intendit ad Italos etiam tune de una in aliam suae Nationis regionem, domestica sede relieta, ad tempus emigrantes, ut de mulieribus oryzae purgandae addictis adhuc evenire solet (55).

Optimo dein sane consilio voluit ut Praelatus exstaret, qui opportunis instruetus facultatibus ac dioecesanis curis solutus, bollo spirituali Italorum emigrantium totus vacaret: ideoque anno MCMXX Officium Praelati pro Italis ad externa emigrantibus instituit (56): cuius unius proprium esset missionarios ad hoc munus deputandos eligere, eisdem adsistere ac invigilare, et Collegio sacerdotum ad Italos in peregrinas regiones migratos honeste et religiose excolendos et adiuvandos praeesse. Anno proxime inseguenti, quo memoratum Collegium facilius incrementum sumeret, novis statutis illud instruxit temporum rerumque necessitatibus rite accommodatis (57).

Angustias vehementer condolens, quibus misere afficiebantur innumeri homines, teterrimo perdurante bello in captivitatem ducti, Summus Pontifex Benedictus XV decrevit ut Ordinarii dioecesium, ubi captivi degerent, unum vel pro necessitate plures saeerdotes, lingua satis peritos, quam primum deligerent ad captivorinn euram deputandos: « Sacerdotes ad id munus electi nihil reliqui faciant quod ad captivorum utilitatem tum animi tum vitae corporisque pertineat; consolentur, assideant, a necessitatibus variis, iisque interdum acerbissimis, allevent » (58).

Hostili adhuc premente bello, ad consulendum bono spirituali hominum profugorum in finibus Italiae versantium peculiaretn pro ipsis Ordinarium instituit (59).

Neque maxima perversionis pericula fuerunt praetermissa quibus obnoxii esse possent Germani cives, quos inter plurimi catholici aderant, cogebantur ad vitae necessaria sibi comparanda. Quapropter Sacra Congregatio Consistorialis Episcopos non solnm Gernlaniae sed et Mediae Europae commonuit, ut sedulo perpenderent et collatis consiliis in conventibus seu Conferentiis Episcopalibus definienda pertractarent, quae tantae necessitati tempestive citoque consulere valerent. Simul indicavit opportunitatem roborandi actionem consociationis a Sancto Raphaéle, quae ante bellum innumeris beneficiis peregrinantes quosvis affecerat, necnon adhibendi auxilia, quae prudentia et caritas suggererent (60).

Anno insuper MCMXXI Archiepiscopus Coloniensis Patronus datus est benemerito operi — iam ab anno MCMIV constituto — religiosae curationis pro catholicis linguae Germanicae in Italia

commorantibus (61). Quod opus insequentibus annis curam spiritualem inivit Germanorum sive in Occidentalis (62) sive, Episcopo Osnabrugensi altero Patrono electo, in Orientalis Enropae fines et extra Europam (63) migratorum.

Quum, ingravescente civili perturbatione in Mexicana ditione, nonnulli Mexicani Ordinarii, sacerdotes, utriusque sexus claustrales permultique fideles, patria nefarie expulsi, tutum refugium expetituri in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis versarentur, eos enixe caritati catholicorum illius Dicionis commendavit, primum Episcopo S. Antonii reseribens (64), deinde Archiepiscopo Baltimorensi, cuius liberalibus curis pauperes ephebi ad sacerdotium educandi in Seminarium collecti fuerant, « quod Nobis — ut Pontifex aiebat — maxime gratunl fuit » (65).

Has praeterea de rebus ab eodem Pontifice sapientissime gestis in fidelium Orientalium rituum favorem recolimus: spiritualem adsistentiam fidelibus ritns Graeco-Rutheni in Americani Meridionalem emigratis late promotam; (66) Seminarium pro pueris Italo-Graecis in monasterio Cryptoferratensi conditum (67), ac pro fidelibus eiusdem ritus, qui iam Epiri et Albaniae incolae, a Tunica dominatione turmatim aufugientes, Italiam petierant et in Calabriae ac Trinacriae locis domicilium constituerant, dioecesim Lungrensem erectam (68).

Neque alienum esse arbitramur Sacrae Rituum Congregationis memorasse decretum quo Beata Maria Virgo Lauretana caelestis Patrona declaratur aéria itinera peragentium ut « qui sub tutela Beatae Virginis se commiseriut, eo quo tendunt prospere perveniant » (69). Nos autem, ne christifidelibus aërium iter arripientibus commodum sese confitendi deesset, statuimus, ut quae canone DCCCI.XXXIII C. I. C. de facilitate excipiendi confessiones sanciuntur pro sacerdotibus maritimulu iter habentibus, valerent atque extenderentur ad sacerdotes iter aérium facientes (70).

* * *

Tantum faustumque incrementum ab operibus de emigratiolie deinceps feliciter habitum, desideratissimus Praedecessor Noster Pius Pp. XI ulla praepediri mora non est perpessus. Emigrantes et profugi homines innumeri, ex Americae et Europae regionibus, universalis Summi Pontificis paternitatis testimonia satis superque experti sunt. Qua ex rerum gestarum copia nonnullas saltem maioris momenti proferre malumus, ab his quae ad populos Orientales attinent initium sumentes.

Primo Pontificatus anno, cum, depopulata Armenia, plures fidissimique catholici aut interempti lugerentur aut longe a patria aberrantes invenirentur, infelices opibusque destitutos filios liberalissime refecit ; debiles praesertim puellas, parentibus orbatas, in suis aedibus ad hanc Arcem Gandulphi paterno hospitio excepit ac de sua largitate sollicite aluit (71).

Anno autem MCMXXV causas et negotia pertinentia ad Russos, qui procul domo extorres versarentur, attributa voluit Commissioni pro Russia (72);  dein peculiari Officio, apud Sacram

Congregationem pro Ecclesia Orientali instituto, curam concredidit eorum omnium, qui ubicumque terrarum degentes ritum Slavicum profiterentur (73). Ordinariatum Harbinensem in Sinis erexit eique praeficiendum statuit sacerdotem ritus Byzantino-Slavici, qui, utpote Ordinarius Harbinensis Russorum, clericos et fideles omnes sui ritus in Sinico Imperio commorantes in spiritualibus regeret et gubernaret (74). Praedecessores suos imitatus, qui iam Armenos, Syros, Maronitas, Graecos, Ruthenos, Rumenos propria Ecclesia in Urbe donaverant, fidelibus ritus Slavici, qui Romae commorarentur vel Romam adventarent, templum Sancto Antonio Eremitae in Exquiliis dicatum addixit, ut ad legitimos suorum maiorum mores Deum ibidem orare liceret (75): in continentibus autem aedibus, a solo excitatis, Russicum Seminarium condidit (76). Neque semel hominibus profugis ex Orientalibus Europae regionibus, cuiuslibet nationis vel confessionis, verbo et exemplo ultro oblata pecunia, Episcoporum et fidelium Polonorum concitata insimul liberalitate, profuit (77).

Bonum spirituale promovere studuit communitatum Byzantini ritus quae, prementibus persecutionibus, in Italiam olim immigratae integrae adhuc perseverabant: ideoque ex paroeciis Byzantinis ab archidioecesibus Panormitana et Montis Regalis seiunctis, novam dioecesim seu eparchiam Planensem Graecorum erexit (78), normasque de spirituali administratione ordinariatuum Graeco-Ruthenorum in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis (79) et in regione Canadensi peropportune dedit (80).

In peculiaris henevolentiae signum erga Polonos, templum S. Iosaphat Episcopi et Martyris in civitate Milwaukiensi exstructum, cui adnexa est animarum cura pro christifidelibus linguae Polonicae, titulo et ho noribus Basilicae Minoris primum auxit (81); dein, anno scilicet MCMXXXI, universis Polonis emigratis Archiepiscopum Gnesnensem Protectorem dedit (82). Cum anno MCMXXIV, instar Piae Societatis Missionariorum a Sancto Carolo pro Italis emigratis, et pro catholicis Germanis ad externa demigratis religiosum Institutum Godesbergensi in urbe erigi deprehendisset, hoc sano eonsilio coeptum beneque auspicatum, merita exornavit laude: quod autem Institutum, cum exoptatum incrementum haberet, Societatis a Sanetis Angelis est decoratum nomine.

Episcopos, sacerdotes, religiosos sodales et fideles ex Hispania profugos, nefaria persecutione contra rem religiosam acriter aestuante, humaniter excepit et suavissimis adlocutus verbis, ampio affecit solatio (83).

Ne autem Mexicani in exteras terras demigrati inimicorum Christi praeda efficerentur, neve avitos amitterent christianos mores, Ordinarios Dicionis ut consilia conferrent cum fratribus in Episcopatu, qui Civitates Foederatas Americae Septentrionalis in spiritualibus regebant, exhortatus est, ad hoc Actionis Catholicae consociationum advocata opera (84).

Suadet res ut debita hic recordatione commendetur studium, quo Summus idem Pontifex Nigritarum subolem passim per orbem diffusam est prosecutus: id facile eruitur ex epistula ad

Superiorem Generalem Societatis a Verbo Divino die V Aprilis anno MCMXXIII missa, qua Seminario pro Nigritis propediem auspicando bene precatus est, quaque utilissime deliberatum esse asseruit adsciscere Nigritas, qui ad religiosam vitam votati viderentur, in Sodalitatem a Verbo Divino, ut sacerdotio aliquando initiati sacrum ministeriuni inter suos efficacius exercerent (85).

Quoad Italos: cappellanos navigantium, hucusque in Societate Missionariorum a Sancto Antonio Patavino constitutos, die XXVI Ianuarii anno MCMXXIII directe subiecit moderamini Praesidis Collegii sacerdotum pro Italis ad externa migrantibus ac serius utilibus legibus, a Sacra Consistoriali Congregatione dandis, instruendos statuit (86); omnes pariter sacerdotes Operi Italicis operariis adiuvandis ad exteras Europae regiones migrantibus iam addictos, uni Moderatori a Sacra Congregatione Consistoriali electo ac deputato concredidit (87); Itali vero emigrantes quo tutius in locis commigrationis dignosci possent et vitae consuetudinem cum catholicis facilius inirent, praecepit ut ecclesiastica gnadam tessera, antequam a suis discederent, munirentur (88).

Sacrae Congregationi Consistoriali insuper commisit regimen Piae Societatis Missionariorum a S. Carolo, plurimuln inde commodi suscepturae: namque desideratissimo Nobis Cardinali Raphaéle Carolo Rossi, Secretario eiusdem Sacrae Congregationis Consistorialis, auctore (89) — qui alter parens a Missionariis a Sancto Carolo iure meritoque habetur —Constitutiones Piae Societatis Codici Iuris Canonici aptatae sunt et adprobatae (90); ipsa Societas ad pristinum religiosum statum, votorum emissione, restituta; plurimae novae domus, praesertim ad institutionem clericorum, erectae; nonnullae religiosae provinciae ac missiones sui iuris constitutae; indeque sodalium numerus et ministerii explendi campus in America, in Europa, nuperrime autem in Australia tam festinanter aucti, ut certa spes affulgeat tutiorem firmioremque spiritualem adsistentiam Italos emigratos in dies sortituros esse.

Ac tandem magnanimus ille Pontifex Opus Apostolatus Maris, ad spirituale, morale ac sociale maritimorum commodum primo in urbe Glasguensi in finibus Scotorum anno nscmxx constitutum, suae benevolentiae testimonio cohonestare et Apostolicae Sedis adprobatione, die XVII Aprilis a. MCMXXII, ditare voluit; quod Opus, quum haud paucis celebratis conventibus et accedente Ordinariorum suffragio longe lateque iam pateret, ut Sacrae Congregationis Consistorialis moderamine frui ac potiri in posterum valeret, Nosmetipsi die XXX Maii anno MCMLLII libenter decrevimus (91).

* * *

Ut sermonem ad *Pontificatum Nostrum* usque producamus, nihil aliud superest nisi ut de rebus gestis ab Ecclesia hisce novissimis temporibus dicamus.

Nobis ad Romanam Sedem vix evectis, prodire conspiciebantur, uti compertum est, ausu in dies acriore, immodica nationis amplificandae studia, iactata stirpis dominatio, effrenata cupido alienas occupandi regiones, vi quidem non iure freta; inde gentium multitudines impie ac dire deportatae

et coacti populi alioque adducti; nova profecto crimina longe antiqua excedentia. Mox impendit tristissimarum rerum turbo saevissimum scilicet bellum. Tunc, nulla interposita mora, Nostrum aggressi sumus opus caritatis et pacis. Omni quo licebat nisu, hortando, exorando, deprecando, apud ipsos rerum publicarum rectores agendo, teterrimum bellum prohibere conati sumus (92); illud vero fiagrans ac ingruens formidolosissimum sermonibus et factis mitigare ac refrenare pro faeultate contendimus.

Lugendis his in adiunctis neque muneri neque expectationi defuit Catholica Mater Ecclesia et « universo coetui caritatis praesidens » (93), sicut consueverat, maerentibus evasit solatium, vexatis perfugium, exsulibus patria. Nihil enim intentatum reliquimus, quamvis graves difficultates obsisterent et impeditissima essent tempora, ut aliquid adiumenti filiis dolentibus afferremus, nullo condicionis vel nationis facto discrimine: ipsis Hebraeis extorribus, acrem persecutionem sustinentibus, enixe subvenimus (94).

In singulis vero caritatis operibus a Nobis vel initis vel promotis vel commendatis ad opitulandum innumeris inauditisque calamitatibus et aerumnis, bello obortis, quibus universi fere homines premebantur, captivis, profugis, exsulibus ceterisque filiis Nostris quavis de causa procul a patria errantibus ac praecipue teneris pueris misellisque orphanis, locum detulimus potissimum. Quae quidem cum omnes apprime noverint — historica enim exstant documenta — non est cur ampliora denuntiemus: liceat tamen panca attingere.

Decessoris Nostri Benedicti XV exempla secuti, cuius impensae caritatis, primo furente bello, administri fuimus, vix multo armorum conflictu peculiare Officium apud Nostram Secretariam Status instituimus miseris egenisque omnibus ubique adiuvandis (95), eoque perdurante, alterum Officium captivis exquirendis ne mittendis accipiendisque nuntiis (96) et alia Consilia constituenda curavimus; quae inter memorare placet Consilium bello infortunatis ac specialiter civibus profugis vel in publicae custodiae locis detentis reficiendis (97), a Commissione Nostra inopibus omnibus sublevandis postea suffectum (98). Operae pretium est hic pariter recolere Missiones pro Germania et Austria non semel ab eadem Nostra Secretaria Status excitatas, eo potissimum consilio ut hominum profugorum ac errantium saluti prospiceretur (99).

Quum autem, rebus tandem pace quamvis adhuc non ex integro compositis, magis magisque in dies necessitas urgeret providendi hominum profugorum multitudini, quorum permulti domum redire prohibebantur, cumque ex nonnullis frequentioribus nationibus non pauci homines, inopia pressi, ad exteras optarent demigrare regiones, Officium Migrationis apud eandem Nostram Secretariam Status constituere decrevimus, duplicem complectens sectionem, alteram pro emigratione libera, alteram pro coacta (100); ad Officium Migrationis in Genevensi civitate institutum Vir ecclesiasticus a Nobis est deputatus, qui coetibus sen congressibus inter nationes ibidem celebrandis adstaret, ac novissime adprobavimus Commissionem Catholicam Internationalem pro Emigratione, cuins est ubique exstantium consociationum vel comitatuum catholicorum vires unire atque colligare eorumque pro emigrantibus vel profugis hominibus coepta

consilia et opera fovere, confirmare atque componere (101).

Neque silentio praetereundum est, per Nuntios vel Delegatos Nostros aliosve ecclesiasticos viros ad hoc peculiariter missos (102), in unaquaque fere dicione immo et dioecesi comitatus vel coulmissioues pro egenis hominibus profugis necnon pro emigrantibus (103) esse promota, faventibus quidem locorum Ordinariis sive sacrorum administris sive Actionis Catholicae aliorumque apostolatus coetuum sodalibus probatisque hominibus (104), e quorum sollerti actuositate, quam libenter dilaudamus, plurima iam prodiisse beneficia conspicimus, emigrantium ac profugorum homin Ilm tu telae profutura.

Novas maeroris ac luctus causas induxit bellum, anno MCMXLVIII in finibus Palaestinae excitatum; homines profugi absque numero, ineffabilibus affecti doloribus, sua derelinquere ac alio passim commeare coacti sunt in Libanum nempe, Syriam, Iordaniam, Aegyptum et Gazae regionem. Quos autem communes sociaverant calamitates, sive divites sive pauperes, sive fideles sive fidei luminis adhuc expertes, horrendum praebuere lacrimandumque spectaculum.

Nos igitur, solamen quod Catholica Ecclesia lugentibus atque derelictis afferre usque curavit, pro facultate illis statim praestitimus. Hunc in finem Nostram Missionem pro Palaestina instituimus (105), qua, et in praesens, undique — sicut Apostolorum tempore iam fieri consuevit (106) — ac praesertim per peculiarem consociationem a Generali Conventu Episcoporum Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis conditam (107) collata catholicorum pecnnia, necessitatibus Arabum profugorum subvenitur.

Exsulibus et profugis utpote egentioribus fratribus summa contentione studuinlns omnium animos conciliare: miseram etenim illorum vitam pluries denuntiavimus,eorumdem iura vindicantes, et pro ipsis non una vice appellavimus omnium hominum ac praesertim catholicorum liberalitatem in radiophonicis nuntiis (108), in allocutionibus vel sermonibus, quos, data occasione, habuimus (109), in litteris vel epistolis ad Archiepiscopos et Episcopos missis (110).

«Illud potissimum — scribebamus ad Venerabiles Fratres Archiepiscopos, Episcopos locorumque Ordinarios Germaniae — in praesentiarum exacuere videtur atque urgere caritatem vestram ipsiusque Germaniae cleri, necessitas videlicet omni sacri ministerii ope atque auxilia prosequendi sive profugos vestrates, qui in regione Diasporae commorantur, sive exteros profugos, qui, familiaribus saepe suis, bonis et domibus amissis, coguntur sub tentoriis plerumque gregatim iacere in agris, miseram afflictamque trahentes vitam. Ad hoc genus proximorum laborantium convertant oculos animosque omnes boni Germani, praecipue sacri administri et socii Actionis Catholicae, ut nullum religionis et caritatis officium ab illis desideretur » (111).

Item de sacris Palaestinae locis pertractantes, in Litteris Encyclicis *Redemptoris Nostri* acerbo animo conquesti sumus: « Plurimi adhuc ad Nos misere clamant, cuiusvis aetatis, cuiusvis conditionis profugi, qui ob calamitosum bellum ad exteras regiones coacti sunt, atque adeo in

custodiae locis exsulem vitam agunt, inopiae, morborum contagioni omneque genus periculis obnoxii. Haud Nobis incompertum est quantopere vel publica instituta vel privati cives contulerint ad aerumnosae huius multitudinis sortem relevandam; ac Nosmet ipsi in illis caritatis inceptis perseverantes, quae inde a suscepto Pontificatu inivimus, quidquid pro facultate potuimus non praetermisimus, ut gravioribus infelicis eius modi multitudinis necessitatibus consuleremus. At horum exsulum status tam anceps tainque instabilis est, ut diutius idem protrahi nequeat. Dum igitur auctores omnibus sumus, quotquot magno nobilique sunt animo, ilt his extorribus inaerore atque inopia affectis auxiliari pro viribus velint, vehementer eos appellamus, quorum res est, ut iustitia praebeatur omnibus, qui belli turbine longe a patriis laribus expulsi, nihil magis percupiunt quam tranquillam iterum ducere vitam » (112).

Gratos vero animi sensus exhibuimus dilectissimis Nobis in Episcopatu Fratribus, sacerdotibus iisque etiam ex quovis ordine civibus pu blicisque magist.ratibus atque sedulis institutionibus, qui multimodis homines profugos vel emigrantes ope sua consilioque iuvarunt (113). Inter alias hic recolamus oportet epistulam. quam ad Praesidem Generalis Episcoporum Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis Conventus rei Catholicae fovendae libenter misimus (114), necnon chirographum quod Australiae Episcopis, quinquagesimum annum ab inita Civitatum illarum Foederatione feliciter celebrantibus, gratulantes dedimus (115).

Summos praeterea Civitatum moderatores, institutionum praesides, quotquot sunt probi volentesque homines instanter compellavimus, ut gravissimam profugorum et emigrantium hominum causam intento animo considerarent atque persolverent (116);  exagitarent simul quae discrimina populi omnes belli causa sustinerent et quae essent tantis remedia adhibenda malis; perpenderent tandem quantum interesset humanae societatis ut, collatis et consiliis et viribus, celeriter efficienterque tot urgentioribus miserorum necessitatibus subvenirent, postulata iustitiae cum caritatis rationibus componentes: « Dlultis quidem, quae in re sociali habeantur, iniustis condicionibus caritas aliquatenus mederi potest; id tamen non satis. Principio enim iustitiam vigescere, dominari ac reapse ad effectum deduci opus est » (117).

Ad universos pariter emigrantes filios ab ipso susceptae Apostolicae servitutis initio oculos Nostros impense convertimus, de eorumdem bono cum aeterno tum temporali quam maxime solliciti (118).

Quapropter de iure migrationis, ipsius terrae in qua homines degunt freto natura, quinquagesimo vertente anno a Litteris Encyclicis *Rerum Novarum* editis, in festo Pentecostes die I mensis Iunii a. MCMXLI sermonem habuimus, ex quo nonnulla, Latine reddita, referre placet: « Terra enim in qua degimus, late patentibus cincta oceanis, maribus et lacubus circumdata, planis atque montibus exornata perenni obrutis nive, incultis instructa locis regionibusque desertis ac infoecundis, vivendi sane suppetit rationem, ampliora exhibens spatia quae etsi fortunae licentiae in virescendo permissa, hominum tamen labori, necessitatibus, civilibusque studiis perapta videntur : neque semel huc illucque migrantes familiae aliam patriam expetere coguntur. Qua de causa, ut in

Litteris Encyclicis *Rerum Novarum* sapienter exponitur, familiarum ius ad vitale spatium sibi comparandum iugiter servari debet.

Hoc si contigerit, finem quem natura sua intenda, quemque experientia probat, emigratio assequetur, aequiorem nempe in continenti terra — quae in universorum utilitatem a Deo est condita — hominum partitionem, agricolarum coloniis idoneam. Ubi enim utraque pars, quarum altera a patria cives abire concedit altera excipere non renuit, vere solliciteque studuerit ea removere, quae fiduciae exorienti et progredienti inter emigrationis et immigrationis regiones impedimento exstent, omnes eiusmodi loc.orum et hominum permutatienis participes neque commodi erunt expertes; inde enim familiis solum suppeditabitur, propria verbi acceptione nova patria futurum, inde incolis eonferta loca minus frequentia fient eorumque populi in exteris finibus novas sortientur gentes amicas; inde respublicae emigrantes excepturae civibus ditabuntur operosis. Diciones itaque sive concedant sive accipiant migrantes cives, humanae societatis bonum et civilis consortionis incrementum profecto contendent fovere » (119). Quae quidem generalia iuris naturae principia, anno inseguenti, sub Natalicia Iesu Christi sollemnia coram Sacro Purpuratorum Patrum Collegio Praesulumque coetu, revocavimus (120).

Die autem XXIV Decembris a. MCMXLVIII hac de re aperte conscripsimus ad Sacros Pastores Foederatarum Americae Civitatum: « Novistis siquidem quam anxiis cogitationibus et curis Nos eos prosequamur, qui rebus publicis in patria subversis aut operis victusque inopia pressi, domesticos linquere lares et ad exteras gentes suas sedes transferre coacti sunt. Quibus ut pateant commigrandi viae, haud minus in humanum genus pietas quam naturae ius ipsum suadet. Rerum enim universarum Creator praecipue in bonum omnium bona omnia condidit: itaque singularum Civitatum dominium quantumvis verendum, non debet adeo produci ut, cum copiam multos alendi ubivis praebeat tellus, per haud sufficientes et aequas eausas recusetur accessus egenis alibi natis honestisque moribus praeditis, quandoque hoc publicae utilitati, vera libra ponderandae, non officiat.

Consiliorum Nostrorum conscii, vos nuper adnixi estis et naviter effecistis ut, providi vi decreti, quod alia ampliora subsecutura speramus, haud pauci e patria profugi vestras terras inire possint, itemque commigrantibus, sive cum ii domo proficiscuntur, sive cum istuc adveniunt, apta lectorum hominum opera consulitis, insigniter in rem deducente illud sacerdotalis benevolentiae praeceptum: “Sacerdotis est nulli nocere, prodesse velle omnibus” (S. Ambrosius, De officiis ministrorum, lib. III, c. IX) » (121).

At neminem verba audientem tum in pervigilio Nativitatis Domini anno MCMXLV a Nobis prolata (122), tum in allocutionibus nuper creatis Cardinalibus die XX Februarii MCMXLVI (123) et Legatorum coetui apud Sanctam Sedem exstantium die XXV eiusdem mensis habitis, neminem, dicimus, effugere potest qua cordis trepidatione cunctorum fidelium Pater anxius moveretur. Quibus in allocutionibus ac radiophonicis nuntiis principia « totalitarismi » et « imperialismi » Status necnon immoderati « nationalismi » placita districtis verbis condemnavimus, quippe quae

dum ex una parte naturale hominum ius ad emigrandum vel ad colonias constituendas ad arbitrium coérceant, ex altera vero populos aliunde migrare compellant, incolas invitos deportent civesque e familia, e domo, e patria abstrahere nequissime audeant. In praedicta allocutione Nationum Oratoribus et Legatis habita, Nostram voluntatem iustae firmaeque pacis fovendae, multifariam iam pridem apertam, sollemni adstante conventu, iterum affirmare voluimus: altera, quam ad hanc pacem assequendam ostendimus, via mutuis inter populos relationibus favet, ita quidem ut et exsulibus ac profugis hominibus ad sua tandem redire liceat, et egenis seu domi necessariis ad vitam destitutis, in alias emigrare regiones (124).

In allocutione Purpuratis Patribus in die festo Patroni Nostri, eodem anno habita (125), iterum invitabamus Nationes, quae territorii vastitate praestant et pari incolarum numero sunt expertes, ut homines vellent excipere, qui in frequentissimis commorarentur regionibus. Quas inter, ut neminem fugit, Japonia in praesentiarum praecipuum locum tenet.

Itemque auspicati sumus in pervigilio Nativitatis Domini anno MCMXLVIII: fovendam esse potius, dicebamus, familiarum emigrationem et immigrationem in regiones quae ipsis necessaria vitae suppeditare possint, quam vectigalia magnis cum impensis ad profugas remittere gentes (126). Ideo Senatores Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis, Comitatui pro Immigratione addictos, qui Romam paucos abhinc annos convenerunt, rursus adhortati sumus ut strictiores quae in suis Civitatibus de immigratione vigerent leges, latius pro facilitate applicare conarentur (127). Hoc idem proclamare et urgere non omisimus cum illustres e publico Legumlatorum Coetu Viros Foederatarum Americae Septentrionalis Civitatum negotiis profugorum ex Europa migrantium praepositos (128) et Comitatui addictos publicis sumptibus moderandis libenti animo excepimus ; (129) ac nuperrime cum paternum nuntium ad dilectum Brasiliae populum dedimus die iv mensis Iunii vertentis anni (130).

Peropportunum esse innuimus normas quoque seu regulas inter nationes ferri, emigrationi et immigrationi faventes, in allocutione quam habuimus die II Iulii MCMLI iis, qui adfuerunt Internationali Catholicorum Conventui, Romae celebrato, ad dignam ruricularum vitae conditionem provehendam. (131) Serius, nonnullis libentissime coram admissis praeclaris viris, qui Neapolim in Congressum e variis nationibus convenerant, ut de emigratione causam agerent, negotii huiusmodi gravitatem proposuimus (132).

Omnium itaque bonorum largitori Deo, qui Ecclesiae suae Sanctae benignissimus adfuit, gratias immortales agimus. Ipso enim auxiliante, sollicito omnium Consiliorum vel Officiorum studio ac labore, haec, inter cetera, proposita beneficentiae ac pietatis opera peragi potuerunt: coloniae pueris et puellis aestivis mensibus vel continenter alendis, quae et emigratorum liberos, ex variis advenientes nationibus, omni cura exceperunt; instituta orphanis vel puerulis bello infortunatis tutandis; apparatae mensae seu cenacula egenis saturandis; diversoria ad accipiendos nuper restitutos homines profugos vel captivos in patriam redeuntes et ad reficiendos homines eorumque familias ad externa demigraturos; munera natalicia pueris et captivis iussu Nostro

oblata; adiumenta iuvenibus e quavis gente praestita, ut cum patria procul de gerent, in athenaeis externarum regionum per vim intermissa possent revocare studia; non pauci per varias Europae nationes commeatus ad ferendam opem, alimenta, vestes, medicinas egenis ceterisque bello infortunatis; domus allevandis militibus procul a patria stipendia merentibus.

Quum saeviente immani bello, ingens hominum multitudo infantium, mulierum, infirmorum ac senum ex oppidis et vicis hostilibus incursionibus vastatis, ex Italiae praesertim depopulatis terris, Romam singulis fere horis catervatim conflueret, a Communi Patre salutem ac refu gium petitura, eo amplius dilatavimus spatia caritatis: tangebant enim animum Nostrum tot exsulum et profugorum hominum gemitus Nosque, eadem miseratione commotos, Dominicum illum iubebant iterare que stum « Misereor super turbam ... ! » (133). Omnibus idcirco, Aedes Nostrae sive Vaticanae sive Lateranenses sive, potissimum, hae ad Arcem Gandulphi atque illae, quae Romanis Basilicis sunt coiaineutes domus, religiosorum instituta, seminaria et ecclesiastica collegia Urbis tunc maxi me patuere. Ideo cum universus fere mundus diris flagraret invidiis fraternoque sanguine difflueret, sacra Romana Urbs Aedesque, quas supra memoravimus, factae sunt sedes ac domicilium caritatis.

Nobis datum est insuper innumeros milites captivosque religionis caritatisque inceptis erigere; eorum cappellanos spiritualibus auxiliis recreare; exsules in patriam restituere; inermes cives, exsilio et vinculis immerito damnatos, in libertatem vindicare; a carcere et a certa morte longinque deportatos homines liberare anxiisque reddere pareritibus; profugis hominibus vel ad exteras hospitales regiones migraturis itinera apparare; extorres clericos ac presbyteros, pro apostolica fide et catholica unitate tanta perpessos, hospitio excipere iisque e patria profugis novum apostolatus campum apud suos cives emigratos vel exsules assignare; emigratos bene multos et potissimum opifices extra patriam laboris causa commorantes, omnimodis reficere; teneram in a fantium sustentare tuerique vitam et infirmorum curare salutem; condere sepulchro sacra pignora eorum qui in bello oppetierunt, desideratos cineres custodire et in patriam inferre.

Exinde cupimus gratam quoque voluntatem Nostram iis omnibus profiteri qui, etsi tantis privatim publiceque premerentur adversis, hortamentis tamen Nostris largiter responderunt.

Commota recordatione adhuc usque recolimus ingentem profugorum hominum multitudinem, flagrante bello, Romam confluentem infelicesque filios, exsules vel in custodiae locis detentos, qui ex multis Europae regionibus Urbem peregrinantes petierunt piaculares indulgentias acquisituri; quos libentissime coram admissos, paterne allocuti sumus, eorum effusas lacrimas abstersimus acerbatumque animum in christianam spem ereximus. (134) Maerenti quidem animo iterum iterumque recogitamus perdilectos filios Episcopos, sacerdotes ac sacras virgines e suis sedibus iniuria abstractos ceterosque vel ad vincula vel ad coactos labores damnatos atque inhumanam prorsus rerum condicionem sortitos.

Hos miseros omnes errantes homines, de quibus indesinenter angimur (135), Aeterno Patri ac

dulcissimo Redemptori Nostro, qui fons est totius consolationis, effusis precibus continenter commendavimus ut caelestibus recrearentur muneribus ac solaciis (136), etiamnum Deum iugiter exorantes ut « qui profugi, qui captivi, qui extorres longe a patriis laribus abstrahuntur ad dulcissimam possint quantocius patriam remeare suam » (137).

Instantem insuper Nostri officii partem adimplere duximus nonnullos ecclesiasticos viros deligendo alacritate commendatos, qui animarum bonum in popularium coloniis longe a patria deductis sedulo promoverent et omnia, quae a sacerdotibus eiusdem sermonis suscipienda forent, suapte auctoritate moderarentur ac firmarent; quos Praesules peculiari mandato, utpote Visitatorum, a Nobis instructos et aptis facultatibus munitos, optata Nostra iam perfecisse libenter perspeximus.

Interea non sine multa animi Nostri delectatione in commodum fidelium ex Hollandia sive ad externa emigrare contendentium sive iam pridem emigratorum uberrime adlaborasse novimus Catholicum Opus pro emigrantium cura, quod Sacrorum eiusdem Nationis Antistites excitandum curaverant (138); succrevisse pariter numerum sacerdotum, qui praesertim Belgium, Galliam, Germaniam, Helvetiam, Hollandiam, Magnam Britanniam necnon longinquas Americae regiones petierunt non solum suis civibus emigratis opitulaturi, sed etiam ubi sacrorum ministrorum minor praesto esset copia, uti in nonnullis Americae Latinae dioecesibus, in indigenarum cura adlaboraturi. Peculiari mentione cohonestandi videntur Itali Episcopi quippe qui, Sacra Congregatione Consistoriali commonente (139), unum alterumve sacerdotem ad esterna mitti libenter siverint et Hispani Praesules quorum sollertiae tribuatur oportet Opus sacerdotalis cooperationis inter Hispaniam et Americam (140),  hisce nostris temporibus obortum.

Ne quis vero religiosas familias putet exiguas huc contulisse partes, tantum significare sufficiat regulares saecularibus sacerdotibus ac Praesulibus in passione ac in labore socios ultro oblatos, plures quam antea dissitas adiisse regiones et sueta alacritate adlaborantes magnam laudem esse consecutos. Antiquis Ordinibus et Clericis regularibus recentioribusque Congregationibus et Societatibus in hoc etiam apostolatus genere conspicuis, nuper est addita, ab hac Apostolica Sede adprobata (141), Societas Christi pro emigrantibus in archidioecesi Gnesnensi iam anno MCMXXXII condita, spiritualem curam Polonorum longe a patria exstantium gestura.

Adsiduam Nostram in Orientales extorres filios sollicitudinem impendentes, inter cetera, vicariatum patriarchalem Maronitarum in dioecesim Cahirensem Maronitarum ereximus pro fidelibus Maronitis, qui ex Libano in Aegyptum frequenter demigrant vel stabile in regione illa domicilium habent (142);  item exarchatum Ruthenorum in ditione Canadensi tripartito divisimus ac tres exarchatus, Centralem, Orientalem et Occidentalem constituimus (143);  a Centrali deinceps territorii partem distrahentes, novum exarchatum pro fidelibus Ruthenis provinciae Saskatchewan instituimus (144);  novissime autem ordinariatum pro fidelibus ritus Orientalis in Brasilia commorantibus ereximus (145).

Collegium insuper Lituanum a S. Casimiro in Urbe instituendum curavimus ad excipiendos clericos

et ecclesiasticos viros ex illa regione profugientes. (146) Iucundissimum tandem Nobis fuit Sanctum Franciscum a Paula peculiarem Universitatum maritimae gentis curis praepositarum. navigationis Societatum naviculariorumque omnium Italicae Ditionis caelestem apud Deum Patronum (147) constituere et Beatae Franciscae Xaveriae Cabrini Sanctorum honores decernere (148), eamdemque omnium emigrantium caelestem apud Deum Patronam declarare (149).

* * *

Tam opportune ab hac Apostolica Sede suscepta et a Pastoribus finita consilia, alacriter cooperantibus sacerdotibus, religiosis sodalibus, christifidelibus, — quorum nomina etsi ut plurimum in rerum gestarum historiis non referantur, sunt tamen scripta in coelo (150) — digna prorsus videbantur quae hic commemorarentur et, licet breviter, proponerentur, ut clarius appareret communis et benefica ab Ecclesia impensa opera erga emigrantes omneque genus exsules, religiosa, morali ac sociali adsistentia pro posse donatos.

Quod merito praedicandum erat nostra praesertim hac aetate cum Ecclesiae Matris provide coepta ab adversariis tam perperam oppugnantur et despecta negliguntur in ipsa caritatis provincia, quam prima aperuit apertamque haud raro sola excolere certavit.

## III

Plura, quae novissimis hisce temporibus Nobis saepe significata fuerunt, quaeque insuper ex indicibus seu breviariis cotidie comperi licet, advenarum numerum in Europae, Americae et nuperrime Australiae regionibus ac in Insulis Philippinis succrescere testantur. Quod si multae consociationes ac nonnulla civilia instituta, sive ex una natione sive et omnibus coalescentia, advenas adiuvare certatim contenderunt ac in praesens contendunt, qua moralia qua materialia incommoda levando, Nos pro supremo ac universali apostolatus officio, quo fungimur, facere non possumus quin filios, in aerumnis ac exsilii calamitatibus constitutos, maxima dilectione prosegui pergamus omnique virium contentione, materialibus quidem adiumentis quatenus fas est haud neglectis, studeamus illos spiritualis praecipue adsistentiae ditare solacio.

Feliciter insuper accedit quod plures venerabiles Fratres Nostri Archiepiscopi et Episcopi, quos inter nonliulli Purpurati Patres accensentur, bono animarum compulsi, per venerabilem Fratrem Nostrum Adeo datum Ioannem S. R. E. Cardinalem Piazza, Episcopum Sabinensem et Mandelensem, Sacrae Congregationis Consistorialis Secretarium, a Nobis expostulaverunt, ut nova ratio agendi ediceretur, quo aptius spiritualis alienigenarum cura in dioecesano moderamine ordinaretur.

Haec autem postulata cum sententia Nostra piane conveniunt: ardenter enim exoptabamus opportunam nancisci occasionem, qua Nobis tandem liceret unumquemlibet /od Ordinarium aptis instruere normis, a legibus Codicis Iuris Canonici non discrepantibus, sed earumdem menti atque

consuetudini apprime respondentibus, eique opportunas dare facultates, ut alienigenis sive advenis sive peregrinis spiritualem posset praebere adsistentiam necessitatibus haud imparem nec minorem, qua ceteri fideles in sua dioecesi perfruuntur.

Praeterea animarum saluti et ecclesiasticae disciplinae incremento valde profuturum censuimus si historicum conspectum breviter praeberemus ex rebus saltem maioris momenti a Sancta Matre Catholica Ecclesia gestis ac ex normis, hucusque vigentibus, a saeculo undevicesimo ad finem vertente ad dies usque nostros in emigrantium curam traditis; ac potissimum si in unum digestas ediceremus leges praesentibus locorum temporumque circumstantiis accommodatas, veteribus normis ex parte abrogatis vel mutatis vel auctis, quibus satius providere intendimus emigrantium et advenarum omnium spirituali curae, quam peculiariter S. Congregationi Consistoriali, pro sua in fideles Latini ritus competentia, concreditam iugiter permanere volumus.

Ast primum iam supra protulimus, alterum vero infra conficiemus.

## TITULUS ALTER

## NORMAE PRO SPIRITUALI EMIGRANTIUM CURA GERENDA

### CAPUT I

***De competentia S. Congregationis Cousistorialis in emigrantes***

Recognoscentes, adprobantes et confirmantes quae Decessores Nostri f. r., et praecipue B. Pius X, statuerunt, simul tamen eadem nonnihil, prout necessitas urgere videtur, immutantes, has quae sequuntur leges in posterum servandas volumus et decernimus.

**1.** — § 1. Sacrae Nostrae Consistorialis Congregationis est eidemque esclusive competit quaerere et ea omnia parare quae spirituali bono cedant emigrantium Latini ritus quocumque pergentium, collatis consiliis cum Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali vel cum Sacra Congregatione de Propaganda Fide si agatur de adeundis territoriis quae sint isti vel illi Sacrae Congregationi subiecta.

§2. Sacrae item Consistorialis Congregationis est eadem quaerere et parare in favorem emigrantium Orientalium rituum, initis pariter consiliis cum Sacra Congregatione pro Ecclesia

Orientali, quotiescumque emigrantes unius vel alterius ritus Orientalis loca petant eidem Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali haud obnoxia nec praesto sit sacerdos proprii ritus.

**2.** – § 1. Sacerdotibus Latini ritus, si quando emigrent, unice cavebit Sacra Congregatio Consistorialis.

§2. Sacerdotes Latini ritus, Sacrae vero Congregationi pro Ecclesia Orientali aut Sacrae Congregationi de Propaganda Fide subiecti, migraci cupientes in territoria eisdem Sacris Congregationibus haud obnoxia, salvis quidem iuribus earundem Sacrarum Congregationum, stare quoque tenentur normis hanc in rem a Sacra Congregatione Consistoriali datis vel forte dandis.

§3. Quibus normis sese accommodare tenentur sacerdotes rituum Orientalium, emigrantes in territoria Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali non subiecta, firmis legibus et integro manente iure eiusdem Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali.

**3.** – § 1. 1° Unius Sacrae Congregationis Consistorialis est sacerdotibus, qui ex Europa vel Mediterraneis oris ad exteras transmarinas regiones, per quodvis temporis spatium, sive breve sive longum sive indefinitum, aut in perpetuum, migrare desiderent, licentiam proficiscendi ibique manendi aut diutius commorandi concedere.

2° Nuntii, Internuntii et Delegati Apostolici eandem licentiam concedere poterunt sacerdotibus illius nationis, apud quam legatione stabili funguntur, dummodo huiusmodi facultas eisdem attributa sit et reservata.

§2. 1° Quam licentiam obtinere debent sacerdotes, de quibus in § 1 n. 1°, ut, servatis ceteris de iure servandis, alienae dioecesi in regionibus transmarinis incardinentur.

2° Eadem licentia religiosi quoque indigent, nisi agatur de iis qui a Superioribus ad alias religionis suae domus mittantur ; pariterque exclaustrati durante exclaustratiouis tempore ; necnon saecularizati ab Episcopo benevolo, sive pure et simpliciter sive pro experimento, receptì.

§ 3. Haec autem licentia, firmis ceteris legibus in decreto Magni semper negotii (151) statutis, ne concedatur nisi certo constet:

1° de bono oratoris vitae testimonio;
2° de iusta et rationabili migrandi causa;
3° de consensu tum Episcopi a quo discedit, aut Superioris si agatur de religiosis, tum Episcopi ad quem accedit;
4° de habito Sacrae Congregationis Concilii indulto si agatur de parochis, quoties absentia ultra duos menses protrahi debeat.

§ 4. Sacerdotes sive saeculares sive religiosi qui, obtenta licentia migrandi in aliquam regionem transmarinam, de una in alteram dicionem etiam eiusdem regionis demigrare desiderent, nova indigent licentia.

§ 5. Sacerdotes qui, his legibus non servatis, temere arroganterque demigraverint, incident in poenas eodem decreto Magni semper negotii latas (152).

**4.** Una Sacra Congregatio Consistorialis apostolicum indultum concedere valebit, ad normam canonis 216 § 4 C. I. C., ut paroeciae pro diversitate sermonis seu nationis in commodum emigrantium constitui possint.

**5.** — § 1. Sacrae pariter Consistorialis Congregationis est:

1° Adprobare, constito prius de oratoris vita, moribus ac idoneitate necnon de praestito ab Ordinario consensu, sacerdotes, sive saeculares sive regulares, qui incumbere cupiant in spiritualem curam emigrantium propriae nationis seu sermonis atque eorum qui iter maritimum arripiant aut in navibus quavis ratione versentur aut iisdem quoquo modo addicantur; illosque per peculiare rescriptum Missionarios emigrantium vel Cappellanos navigantium nominare, destinare, transferre, eorum a munere renuntiationem acceptare et, si casus ferat, destituere;
2° Eligere ac constituere, in qualibet natione, Moderatores seu Directores missionariorum emigrantium eiusdem nationis seu sermonis;
3° Eligere ac constituere Moderatores seu Directores cappellanorum navigantium;
4° Eos omnes moderari eisdemque invigilare, sive per locorum Ordinarios, sive per Delegatum ad opera de emigratione, sive per alios viros ecclesiasticos huic muneri deputandos.
§ 2. 1° Concessio rescripti, de quo in § 1 n. 1°, cum utroque Ordinario, a quo et ad quem, erit communicanda;
2° Moderatores seu Directores designatos Sacra Congregatio Consistorialis Episcopis nationis seu dicionis ad quam mittuntur cito significabit.

**6.** — § 1. Nostra autem auctoritate adprobantes peculiares coetus seu commissiones episcopales, pro spirituali emigrantium adsistentia pluribus in Europae et Americae dicionibus constitutos, initumque hoc provide consilium et in aliis regionibus haberi cnpientes, statuimus ut sacerdotes qui, a Praesulibus designati, in huiusmodi coetibus a secretis munere perfunguntur, nomine Directoris operum de emigratione pro sua quisque natione, a Sacra Consistoriali Congregatione augeri queant.

§ 2. Ubi vero huiusmodi coetus nondum sint constituti, a Sacra Congregatione Consistoriali Director eligi poterit inter dicionis presbyteros ab Episcopis praesentatos.

**7.** - § 1. Quo vero opera pro emigrantibus navanda facilior evadat, praesentibus Litteris erigimus et instituimus apud praedictam Nostram Sacram Consistorialem Congregationem Summum

Consilium de emigratione.

§ 2. Huiusmodi Consilio praesidebit Adsessor ipsius S. Congregationis et secretarius aderit Delegatus ad opera de emigratione.

§ 3. In idem Consilium adscisci poterunt:
1° Sacerdotes illi qui, in sua natione seu dicione vel munere funguntur secretarii memoratae episcopalis commissionis pro spirituali advenarum adsistentia vel de Praesulum mandato in huiusmodi adsistentiam incumbunt;

2° Sacerdotes illi Romae degentes, sive saeculares sive regulares, qui rerum istarum peritia animarumque studio praestare videantur.

**8.** — § 1. Apud eandem Sacram Consistorialem Congregationem institutum volumus alterum coetum, seu Secretariatum Generalem Internationalem, ad moderandum Opus Apostolatus maris, cuius est potissimum sive spirituale sive morale commodum fovere maritimorum, eorum nempe qui gubernandi aut inserviendi gratia naves conscendant, vel portibus addicantur maritima itinera. adparaturi.

§ 2. Huius Secretariatus moderamen, uti praeses, geret Adsessor Sacrae Consistorialis Congregationis, Delegatus vero ad opera de emigratione secretarii munere fungetur.

§ 3. In Secretariatum autem cooptaci poterunt:

1° Viri illi ecclesiastici qui in unaquaque dicione seu natione Directores huiusmodi operi ab Episcopis praeficiuntur;

2° Ceteri sacerdotes qui, de eodem opere provehendo bene meriti, digno laudis testimonio sint cohonestandi.

## CAPUT II

***De Delegato ad opera de emigratione***

**9.** — Apud Sacram Consistorialem Congregationem instituimus Officium Delegati ad opera de emigratione.

**10.** — § 1. Proprium Delegati est curare et fovere, iis omnibus auxiliis quae aptiora videantur, bonum, praesertim spirituale, fidelium emigrantium cuiusvis sermonis, stirpis, nationis, ac, servatis servandis, ritus; initis ad hoc, si casus ferat, rationibus sive cum Nostra Secretaria Status, sive cum civilibus magistratibus et institutionibus.

§ 2. Hunc in finem Delegatus, nomine et de mandato Sacrae Congregationis Consistorialis opera et consilio favebit et adsistet omnibus consociationibus, institutionibus et operibus catholicis, sive internationalibus sive nationalibus, necnon — salvo iure Ordinariorum — dioecesanis et paroecialibus, quae idem prosegui intendant.

**11.** — § 1. Delegatus praeest missionariis emigrantium et cappellanis navigantium sive saecularibus sive regularibus eorumque Directoribus.

§ 2. Eosdem, de mandato Sacrae Congregationis Consistorialis, mode rabitur, illis invigilabit et de iisdem referre non omittet.

**12.** — Delegati erit, praeterea, quaerere et praesentare Sacrae Congregationi Consistoriali sacerdotes, qui sese dedere cupiant spirituali curae emigrantium vel emigratorum, necnon eorum, qui iter maritimum arripiant vel quavis de causa in navibus versentur aut iis addicantur.

**13.** — § 1. Sacerdotes, ad hoc munus adprobatos et per rescriptum Sacrae Congregationis Consistorialis nominatos missionarios emigrantium vel cappellanos navigantium, Delegatus ad missionem vel ad navem mittet.

§ 2. Hos autem Delegatus auxilio, quo indigena, sive directe et immediate per semetipsnm, sive indirecte et per interpositos ecclesiasticos viros, potissimumque per Directores, sedulo iuvabit.

**14.** — Delegatus certiores faciet Ordinarios locorum et Directores de emigrantibus mox adventuris.

**15.** — Delegatus provehere et moderari studebit ea omnia quae diei annuatim pro emigrantibus celebrandae incrementum conferre videantur

**16.** — In fine cuiuslibet anni, de statu materiali et spirituali missionum et de observantia ecclesiasticae disciplinae ex parte missionariorum emigrantium et cappellanorum navigantium, Delegatus relationem conficiet et Sacrae Congregationi Consistoriali exhibebit.

**17.** — § 1. Abolemus igitur et supprimimus ac hisce Apostolicis Litteris abolitum et suppressum declaramus Officium Praelati pro Italis emigrantibus (153).

§ 2. Pariter a suo munere omnino cessasse deelaramus Visitatores vel Delegatos cuiuslibet sermonis seu nationis, in bonum spirituale fidelium in Europae vel Americae regiones demigratorum vel profugorum, antea constitutos.

## CAPUT III

*De Directoribus, de missionariis emigrantium et de cappellanis navigantium*

**18.** - § 1. Missionarii emigrantium et cappellani navigantium eorumque Directores suo munere funguntur sub moderamine Sacrae Congregationis Consistorialis eiusque Delegati ad opera de emigratione.

§ 2. Munus missionarii emigrantium et cappellani navigantium officiumque Directoris excardinationem non parit nullamque dat exemptionem sive a proprio Ordinario aut Superiore regulari sive ab Ordinario loti in quo missionarium et cappellanum versaci contingat.

**19.** — Directores missionariorum emigrantium et cappellanorum navigantium nullam iurisdictionem sive territorialem sive personalem, vi muneris, exceptis tamen iis quae infra recensentur, exercere valebunt.

**20.** — Ius et officium Directoris est potissimum:

1° Rationes finire cum Episcopis nationis seu dicionis in qua missionarii stabiliter commorantur de iis omnibus, quae bonum spirituale immigratorum suae nationis seu sermonis respiciant.
2° Missionarios aut cappellanos, salvo Ordinariorum iure, moderari.

**21.** - § 1. Debet igitur Director inquirere:
1° Num missionarii aut cappellani vitam ducant ad normam sacrorum canonum suisque officiis diligenter satisfaciant;
2° Num iidem decreta a Sacra Congregatione Concistoriali et ab Ordinario loci lata rite exsequantur;
3° Num decor et nitor ecclesiarum vel cappellarum vel oratoriorum et sacrae supellectilis, maxime in custodia Sanctissimi Sacramenti et in Missae celebratione, accurate serventur;
4° Num sacrae functiones secundum praescripta legum liturgicarum et decretorum Sacrae Ritu um Congregationis celebrentur; bona ecclesiastica diligenter administrentur adnexaque illis onera, in primis Missarum, rite impleantur; recte conscribantur et asserventur libri paroeciales, de quibus sub n. 25 § 3 et n. 35 § 2.

§ 2. De iis omnibus ut certior reddatur, Director debet missiones aut naves frequenter visitare.

§ 3. Pertinet etiam ad Directorem, statim ac resciverit aliquem missionarium vel cappellanum graviter aegrotare, operam conferre ne spiritualibus ac materialibus auxiliis, honestoque funere si quis decesserit, careat; et curare ne, eo aegrotante vel decedente, libri, documenta, sacra supellex aliaque ad missionem pertinentia depereant aut asportentur.

**22.** — Director ob iustas causas a Sacra Congregatione Consistoriali adprobandas, universos missionarios aut cappellanos, sicubi liceat, convocare poterit, praesertim ut una simul exercitiis

spiritualibus iidem vacare queant vel collationibus interesse de aptioribus ministerii sui rationibus ineundis.

**23.** — Semel saltem in anno rationem missionariorum aut cappellanorum necnon status missionum Sacrae Congregationi Consistoriali Director fideliter reddat; exponatque non solum quae intra annum bene gesta sint, sed etiam quae mala obrepserint, quae remedia ad ea reparanda sint adhibita et quidquid agendum videatur ad incrementum missionum fovendum.

**24.** — Missionarii emigrantium in curam spiritualem fidelium sui sermonis seu nationis incumbunt sub iurisdictione Ordinarii loci iuxta normas quae infra in capite IV proponuntur.

**25.** — § 1. Proprium est cappellanorum navigantium, itinere maritimo perdurante, curam animarum gerere, excepta re matrimoniali, eorum, qui quavis de causa in navi versentur.

§ 2. Cappellani, firmo praescripto can. 883 C. I. C., peculiaribus normis ac facultatibus a Sacra Congregatione Consistoriali instruentur.

§ 3. Conficere tenentur insuper libros baptizatorum, confirmatorum, et mortuorum, quorum exemplar, una cum relatione de rebus gestis, in fine cuiuslibet maritimi itineris suo Directori exhibebunt.

**26.** — Si in navi oratorium legi.time exstet, cappellani navigantium, congrua congruis referendo, rectoribus ecclesiaru m aequiparantur.

**27.** — § 1. Cappellani possunt officia divina etiam solemnia in navis oratorio celebrare sartis tectisque legibus canonicis et liturgicis et cauto ut eadem horis navigantibus commodioribus absolvantur.

§ 2. Iidem: 1° Dies festos navigantibus denuntient; 2° Catecheticam institutionem, praesertim adolescentibus, et Evangelii explanationem tradant.

**28.** — Cappellani navigantium advigilent 1° Ut in oratorio divina officia ad sacrorum canonum praescripta ordinate celebrentur et sacerdotibus Missam celebrantibus, quovis amoto periculo effusionis sacrarum Speeierum e calice, alter sacerdos, si adsit, superpelliceo indutus adsistat; 2° Ut sacrae suppellectilis conservationi et eiusdem oratorii decori prospiciatur; 3° Ne quidpiam fiat quod sanetitati loci ac reverentiae domui Dei tribuendae quoquo modo repugnet, neve oratorium aut altare aut sacra paramenta sectis acatholicis inserviant.

**29.** — § 1. Sine cappellani licentia, saltem praesumpta, nemini licet in oratorio navium Missam celebrare, sacramenta administrare, conciones habere aliasve functiones sacras peragere.

§ 2. Haec vero licentia dari vel negari debet ad normam iuris communis.

**30.** — Ius erigendi et benedicendi oratorium in navi spectat ad Ordinarium loci cuius territorio adhaeret portus in quo navis habitualiter consista.

**31.** — Missionariis et cappellanis permittitur, de consensu Directoris, et insuper Superioris si agatur de religiosis, per unum mensem intra annum a missione aut a navi abesse, dummodo emigrantium aut navigantium necessitatibus sit provisum per sacerdotem Sacrae Congregationis Consistorialis idoneo rescripto instructum; idem permittitur Directoribus de licentia Sacrae Congregationis Con sistorialis, necnon de consensu Superioris si agatur de religiosis, dummodo sui loco reponere valeant substitutum ab eadem Sacra Congregatione adprobandum.

## CAPUT IV

***De cura animarum ab Ordinariis locorum in alienigenas exercenda***

**32.** — Quod autem peculiariter spectat ad curam animarum pro alienigenis quibuslibet, sive advenis sive peregrinis, ab Ordinariis locorum gerendam, quotiescumque, ob unam alteramve causam, minime expedire videbitur ad Sacram Congregationem Consistorialem recursus ad obtinendum indultum erectionis paroeciae pro diversitate sermonis seu nationis, statuimus ut in posterum locorum Ordinarli haec quae sequuntur praecepta servanda sedulo curent.

**33.** — Quilibet loci Ordinarius spiritualem alienigenarum seu immigratorum curam committere enixe contendat sacerdotibus, sive saecularibus sive regularibus, eiusdem sermonis seu nationis, nempe missionariis commigrantium, peculiari Sacrae Congregationis Consistorialis mandato, ut supra, praeditis.

**34.** — Quilibet pariter loci Ordinarius enitatur concedere iisdem missionariis emigrantium potestatem exercendi curam animarum in fideles advenas seu peregrinos eiusdem sermonis seu nationis, audita Sacra Congregatione Consistoriali ceterisque servatis de iure servandis.

**35.** — § 1. Missionarius emigrantium huiusmodi potestate praeditus, in gerenda cura animarum aequiparatur parocho; et ideo iisdem facultatibus in bonum animarum potitur ac oneribus adstringitur, congrua tamen congruis referendo, quibus parochi fruuntur ac tenentur ad normam iuris communis.

§ 2. Idem proinde, prae ceteris, paroeciales habeat libros de quibus in can. 470 C. I. C., quorum authenticum exemplar in fine cuiuslibet anni ad parochum loci et ad suum Directorem transmittet.

36. — § 1. Huiusmodi paroecialis potestas est personalis, in alienigenarum seu immigratorum personas dumtaxat exercenda.

§ 2. Eadem aequo iure cum potestate parochi loci est cumulata, etiamsi exerceatur in ecclesia seu cappella vel oratorio publico aut semipublico, missionario emigrantium concreditis.

**37.** — § 1. Ad exercitium sacri ministerii unicuique missionario emigrantium aliqua ecclesia seu cappella vel oratorium publicum aut semipublicum, quatenus fieri poterit, adsignetur.

§ 2. Secus loci Ordinarius normas constituat quibus eidem missionario emigrantium fas sit, libere et piene, suo muneri satisfacere in alia ecclesia, paroeciali non excepta.

**38.** — Missionarii emigrantium, durante munere, piene subiacent iurisdictioni Ordinarii loci, tum quoad exercitium sacri ministerii, tum quoad disciplinam, secluso quovis exemptionis privilegio.

**39.** — Unusquisque alienigena, sive advena sive peregrinus, piena potitur facultate adeundi, sacramentorum causa, matrimonio non excepto, missionarium emigrantium sui sermonis aut parochum loci.

**40.** — Advenarum seu peregrinorum nomine. ad effectum de quo agitur, veniunt:
1° Omnes alienigenae — non exceptis iis qui ex coloniis migrarunt — per quodcumque temporis spatium, quavis de causa, studiorum quoque, in alieno territorio versantes;
2° Eorum descendentes in primo gradu lineae rectae, etiamsi nationalitatis iura acquisierint.

## CAPUT V

### *De spirituali adsistentia ab Episcopis Italiae praestanda emigrantibus*

**41.** — Quum haec, Apostolica Sedes prae aliis maxime consueverit vigilare pro Italis, quorum frequentior quam ceterorum migratio est (154), praesentibus Apostolicis Litteris confirmamus et compertae Nobis Episcoporum Italorum navitati ex corde commendatas cupimus peculiares illas normas quas Decessores Nostri ediderunt de Italis ad externa peregre iemigrantibus; hancque nacti occasionem, praefatos ilocorum Ordinarios vehementer hortamur ut vota Nostra adimplere satagant.

**42.** — Prae oculis habeant, tanquam canonem suscipiendi ac perficiendi laboris, verba illa quibus Beatus Pius X comitatus et patronatus, sic commendabat: « ... per Italiam comitatus, quos vocant, et patronatus, emigrantium causa, bene multi extiterunt, aliaque id genus ab Episcopis, aliisque de Clero, atque ab ipsis laicis, viris egregie munificis, e hristianaeque sapientiae perstudiosis, in stituta » (155).

**43.** — Curent igitur Ordinarii ut, ipsis auctoribus ipsisque rectoribus, cooperantibus autem sodalibus Actionis Catholicae, ceterorumque catholicorum coetuum pro religiosa, morali et sociali artificibus et operariis adsistentia, comitatus de emigratione et subcomitatus instituantur, idque

praesertim in dioecesibus unde frequentior habeatur emigrantium exodus.

**44.** — Pariter vigilent, qua decet alacritate, ut sic instituta de emigratione consilia, demandata munera rite adimpleant, quodque expetitur, animarum nempe salutem, consegui contendant.

**45.** — § 1. Ne omiserint Ordinarii locorum commendare parochis, ut has sui ministerii partes sueta diligentia obeuntes, praecavendos curent fideles contra spiritualia pericula quae usque a primo de domo, de familia, de patria discessu, instare solent.

§ 2. Hunc in finem parochi congruentem catecheticam institutionem fidelibus mox demigraturis sedulo tradant.

**46.** — Ordinarios pariter ne pigeat exhortari parochos, ut fideles suos demigratos pastorali sollicitudine prosegui usque pergant.

**47.** — Religiose serventur ea quae a Sacra Consistoriali Congregatione praecipiuntur: ce Italiae Ordinarli praesertim opera parochorum sive patronatuum qui de emigrantibus curam habent, satagant ut peregrini seu emigrantes muniantur, antequam discedant, tessera ecclesiastica » (156).

**48.** — Enitantur pro viribus, iisque adhibitis rationibus quae utiliores videantur, ut prospere feliciterque cedant tum dies pro Italis emigrantibus annuatim celebranda, tum stipis collectio pro spirituali emigrantium adsistentia, Sacrae deinde Consistoriali Congregationi tradendae (157).

**49.** — § 1. Gratulantes Ordinariis illarum dioecesium extra Italiae fines, sive in Europa sive in regionibus transmarinis exstantium, qui nationalibus vel dioecesanis operibus et consiliis vel comitatibus enituntur ut praesto sint adiumenta spiritualia et moralia universis alienigenis, quos etsi hospites ut sui gregis fideles amplexati sunt, ab iis expetimus, ut in paroeciis ubi cuncti vel plerique sint fideles qui ad Italam gentem pertineant, diem pro Italis emigrantibus iuxta normas pro Italis Ordinariis n. 48 statutas, annuatim celebrent pecuniamque collecticiam ad Sacram Congregationem Consistorialem ad fovenda opera pro Italis demigrantibus remittendam curent (158).

§ 2. Quod, congrua congr.nis referendo, pariter fieri poterit pro emigrantibus aliarum nationum seu sermonum ita ut uno eodemque tempore, nempe Dominica prima Adventus, dies pro emigrantibus in toto catholico Orbe celebrari queat.

**50.** — Velint tandem Italiae Ordina rii parochos opportune urgere ut unam Missam per annum ad mentem Summi Pontificis potius quam pro populo applicent; eosque exhortari ut assidue libenterque hanc commutationem peragant in bonum Italorum emigrantium cessuram.

## CAPUT VI

### *De Pontificio Collegio Sacerdotum pro Italis ad externa emigrantibus*

**51.** — Collegium Nostrum Sacerdotum pro Italis ad esterna emigrantibus institutum (159) recognoscimus et confirmamus.

**52.** — § 1. Idem Collegium permanere volumus — cauta tamen iurisdictione Cardinalis in Urbe Vicarii — sub dependentia Sacrae Congregationis Congistorialis.

§2. Sacrae ipsius Congregationis Consistorialis erit:
1° Collegium moderari eique vigilare sive quoad observantiam disciplinae sive quoad rem familiarem et administrationeln bonorum temporalium;
2° Eidem leges dare;
3° Rectorem ceterosque Officiales eligere.

**53.** — Quum peculiaris Collegii finis, praeparare scilicet iuniores Italos sacerdotes e clero saeculari ad Italos in peregrinas regiones migrantes honeste et religiose excolendos et iuvandos (160), undequaque cohaereat cum fine Piae Societatis Missionariorum a Sancto Carolo pro Italis emigratis, indulgemus ut Rector ceterique moderatores et magistri seligantur inter sacerdotes eiusdem Piae Societatis, cui proinde Collegium ipsum ad beneplacitum Nostrum libenter concredimus, firmis tamen quae sub numero praecedenti statuuntur.

**54.** — Praecipimus insuper ut in posterum nulli sacerdoti committatur spiritualis cura fidelium Italorum emigrantium quin per congruens temporis spatium in praefato Collegio apte sit institutus et animi mentisque virtutibus, doctrina, sermonum peritia, prospera valetudine aliisque dotibus tanto muneri par agnitus fuerit.

**55.** — Meminerint Episcopi, praesertim illarum dioecesium unde plures emigrantes discedunt, rem religioni valde profuturam Nobisque pergratam se facturos si iuvenes sacerdotes, virtute studioque animarum praestantes, qui sese totos operibus pro emigrantibus dedere cupiant, ad praefatum Collegium mittere non renuent.

**56.** — In ceteris, tandem, emigrationis extra Italiam locis seu nationibus, ubi conveniens forte desit emigrantibus catholicis illius nationis spiritualis adsistentia, utiliter procul dubio consulere valebunt Ordinarii si, pro peculiaribus locorum rerumque adiunctis, relatam pro Italis demigrantibus agendi rationem, diserte in Romanorum Pontificum actibus evulgatam Nobisque in praesens probatam, sollicite inibunt.

Haec, igitur, tota rei causa graviter considerata atque etiam Decessorum Nostrorum exemplis permoti, praehabita sententia venerabilis Fratris Nostri Adeodati Ioannis S. R. E. Cardinalis

Piazza, Episcopi Sabinensis et Mandelensis, Sacrae Congregationis Consistorialis a Secretis, statuimus et praescribimus, decernentes praesentes has Litteras et in eis contenta quaevis, etiam ex eo quod quilibet in praemissis ius vel interesse habentes, vel habere praetendentes quomodolibet illis non consenserint, nec ad ea vocati sive auditi fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, impugnari minime posse, sed easdem semper ac perpetuo firmas, validas et efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac iis ad quos spectat et pro tempore spectabit suffragari, et ab eis respective et inviolabiliter observari debere, ac irritum et inane si secus super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, per Romanos Pontifices Praedecessores Nostros editis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ut supra, ceterisque etiam individua ac specialissima mentione et derogatione dignis, contrariis quibuslibet.

Nulli ergo hominum liceat hanc pagìnam Nostrae constitutionis, ordinationis, abrogationis, mandati, innodationis, admonitionis, inhibitionìs, praecepti, voluntatis infringere, vel ei ausú temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

*Datum ex Arce Gandulphi, apud Romam, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, die prima mensis Augusti, in festo S. Petri Apostoli ad Vincula, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.*

**PIUS PP. XII**

---

(1) *Phil.*, II, 7.

(2) Cfr. *Rom.*, VIII, 29.

(3) S. AUGUSTINUS, *Epistula CCXXVIII*, 8: MIGNE, *PL*. XXXIII, 1016 s.

(4) S. AMBROSIUS, *De officiis ministrornm*, II, 28, 136-137: MIGNE, *PL*. XVI, 148.

(5) Cfr. BENEDICTUS PP. XV, Epistola ad Paulinum Petrum S. R. E. Card. Andrieu, Archiepiscopum Burdigalensem, de stipe pro Nigritis corroganda in Epiphania Domini, Quoniam africanarum Galliae, 11 Februarii 1916, A. A. S., VIII. p. 57 s.: «quum misera et abiceta Nigritarum condicio Nobis pro apostolico officio magnae sit curae, ad te, dilecte Fili Noster, has litteras mittimus ut iis relevandis, quantum Nobis licet, operam demus. Vis est cur de probroso servorum commercio removendo hic plura perscribamus. Constat enim quantum in hac causa inde ab initio

Ecclesia Dei gesserit, tum in omnibus hominibus eamdem inesse personae dignitatem eosque pari omnes iure esse affirmando, tum ad mancipiorum manumissionem in spem caelestium bonorum cohortando, tum etiam proprias religiosorum familias vindicandis in libertatem servis instituendo. Attamen dolendum est tam foedam turpitudinis labem et maculam, quamquam magna ex parte iam sublatam, residere etiam nane in humanae societatis corpore: quamobrem omnino decet praeclara huius Apostolicae Sedis erga homines promerita in hoc etiam genere studiose Nos persegui ». l. c., p. 57; S. C. DE PROPAGANDA FIDE, Epistola ad universos sacrorum Antistites de stipe colligenda pro Nigritis in Africa. Summus Pontifex Leo XIII, 29 Septembris 1919, A. A. S., XII, p. 74 s. : « Summus Pontifex Leo XIII, gloriosae recordationis, Nigritarum in Africa miseratus aerumnas, qui, in servitutem abducti, supremam animi atque corporis patiebantur iacturam, per encyclicas Litteras, (*Catholicae Ecclesiae*) ad universos sacrorum Antistites catholici orbis die 20 Novembris 1890 datas (*Leonis XIII Pontificis Maxirmi Acta*, Romae ex Typografia Vaticana [1891], X, p. 312 ss.) eorum caritati summopere commendavit opus a Se susceptum pro Nigritarum in Africa tuenda libertate, iisque ab ethnica superstitione eruendis », l. c., p. 74. De immanitate servitutis tollenda ac turpi praesertim hominum mercatura Leo Pp. XIII egit in Epistola, Venerabilibus Fratribus Episcopis Brasiliae, *In plurimis*, 5 Maii 1888, o. e.. VIII, p. 169 ss.

(6) *Rom*., XII, 13. Cfr. insuper verba Novi Testamenti quibus vel hospitalitas commendatur: MATTH., XXV, 35, 38, 40; Luc., XIV, 13-14; I Tim., III, 2; Tit., I, 8; I Petr., IV, 9; III Ioan., 5-8; Hebr., XIII, 2; Ia.c.. I, 27; vel hospitalitatis exempla referuntur: Luc., X, 38, et XIX, 6; Act. Ap., XVI, 15 et XXVIII, 2 et 7.

(7) CONCILIUM LATERANENSE IV, c. IX, MANSI, *Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio*, XXII, p. 998, Venetiis, 1778.

(8) S. C. CONSISTORIALIS, Rescriptum n. 510/52 quo ex Audientia Ssmi diei 10 Iunii 1952, Archiepiscopo Caebuano conceditur apostolicum indultum erigendi in archiepiscopali civitate paroeciam nationalem pro quindecim millibus immigratorum Sinensium.

(9) Arch. Vat. Em. Riv. Franc. Quinquaginta haec volumina, manu scripta, in folio, cm. 29 x 20,5, constituunt quod vulgo dicitur Fondo Emigrati Rivoluzione Francese, et ex peculiari tabulario proveniunt illius institutionis OPERA PIA DELL'OSPITALITÀ FRANCESE nuncupatae, quae a Pio Pp. VI, anno 1792 elabente, Romae condita fuit et usque ad annum 1805 viguit, ad subveniendum Episcopis, clerieis, monialibus permultisque laicis hominibus, qui propter furentem rerum novarum molitorum eversionem eorumque in catholicam Ecclesiam insectationem, e Gallia cito aufugerant et Urbem Ditionisque Pontificiae provincias, praesertim post Sabaudiam et Niciam occupatam, catervatim petierant. (Cfr. AUGUSTIN THEINER, *Documents inédits relatifs aux Affaires Religieuses de la France 1790 à 1800, extraits des Archives Secrétes du Vatican*, tt. I et II, Paris, ehez Firmin Didot Frères, Fils et C.ie, 1858; Abbé E. AUDARD, *L'histoire religieuse de la Révolution Française aux Archives Vaticanes*, Extrait de la *Revue d'histoire de l'Eglise de France*, Septembre-Novembre 1913, Paris, Libraire Letouzey et Ané, 87 Boulevard Raspail; PIETRO

SAVIO, *Clero Francese ospite nei Conventi, di Cappuccini dello Stato Pontificio*, Estratto da *L'Italia Francescana*, anno VIII, fase. I e ss., Isola del Liri, Società Tipografica A. Macioce e Pisani, 1933; SURREL DE SAINT-JULIEN, *Annales de Saint-Louis des Francais* t. I [1896], pp. 327-341).

In hac voluminum serie innumera continentur documenta, pleraque nondum publici iuris facta: exhibentur enim autographae Episcoporum Pontificiae Ditionis litterae ad Secretariam Status et ad Praelatum regimini ecclesiasticorum e Gallia emigratorum specialiter addictum; seriptiones ab Operis Praeside apparatae et Officio publicis Ecclesiae negotiis expediendis exhibitae; nonnullorum Patrum Cardinalium et Legatomi» scripta de exsulum conditione; Episcoporum et superiorum regularium relationes de Gallis profugis in dioecesi vel domo religiosa degentibus; epistulae quibus essules vel auxilia postulabant vel grates agebant; impensarum, subsidiorum et omne genus ausiliorum rationes; diplomata liberi commeatus a Gubernatoribus Provinciarum exsulibus concessa necnon testimoniales Praelatorum litterae ecclesiasticis viris datae, etc. Undecim insuper habentur exemplaria Litterarum Encyclicarum, quae, typis impressae, ab a. 1792 ad a. 1797 a Seeretaria Status ad Episcopos Ditionis Pontificiae missae fuerunt ad emigratorum hospitalitatem fovendam apteque moderandam (cfr. De Charitate, vol. 50, ff. 1, 13 ss., 164 S.; vol. 24, ff. 105, 125, 130, 136, 143 etc.; SAVIO o. C. p. 29, n. 42). Inter cetera, in Encyclicis Litteris mensis Maii a. 1797 declaratur «la giusta Sovrana indignazione contro chiunque osasse di mancare ai riguardi al loro Sacro Carattere, alla loro benemerenza verso la Religione e a quella Ospitalità, dalla quale non cessa Sua Santità di sperare per gli amati Suoi sudditi e per lo Stato la pienezza delle Divine Misericordie: Non enim iniustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis Sanetis et ministratis. (Hebr., VI, 10)» (De Charitate, vol. 24, f. 143); (cfr. E. AUDARD, o. c., p. 24: Catalogue des fonds de l'Œuvre «De Charitate Sanctae Sedis erga Gallos » [1792-1803]).

Titulus collectionis De Charitate Sedis Apostolicae erga Gallo» a relatione — cuius exemplar quinquagesimum volumen exstat — deducitur quam Laurentius Caleppi sua manu conscripsit ac die 1 Augusti a. 1793 Summo Pontifici exhibuit: « De charitate Sedis Apostolicae tom... Al 10 di agosto, volendo umiliare a N. Signore un'idea compita del Piano della Ospitalità accordata nei Suoi Domini agli Ecclesiastici Francesi Emigrati, raccolsi insieme le pezze principali colle quali si era eseguito il suddetto Piano, ed unitamente al Catalogo degli Emigrati, le presentai alla Santità Sua col titolo qui sopra indicato e colla Lettera qui appresso, con cui intesi di render conto a Sua Santità della mia Commissione » (De Charitate, vol. 24, f. 8). Praecipua huiusmodi documenta, quae Pius Pp. VI eolligenda statuit, ut perenne firmissimumque exstaret monimentum testificans, inter cetera, infandas Ecclesiae Gallicanae calamitates aegrosque labores eiusque Cleri et emigratorum hominum eximiam animi virtutem, Pius Pp. VII ut in tabulario Vaticano religiose asservarentur mandavit (THEÍNER, o. e., II, pref. XXX). Quapropter Marcus Antonius Cattaneo, die 17 Iunii a. 1805, ad Caietanum Marini, Bibliothecae Vaticanae custodem, ita scribebat: « Rimette Cattaneo al gentilissimo e stimatissimo Sig. Abbate Marini il voluminoso archivio degli affari riguardanti gli Emigrati Francesi, accolti e nudriti per 13 e più anni in questo Stato di Sua Santità, quale, per sentimento dell'Etto Sig. Cardinale Segretario di Stato, sarà bene di rinchiudere

negli Archivi Vaticani a perpetua gloriosa memoria della beneficienza e carità della S. Sede, di cui quest'è nei presenti tempi una nuova prova » (THEINER, o. e., II. pref. XXIV, n. 1).

Summus Pontifex memoratum Opus peculiari Commissioni, cui ipsemet praeerat et per Cardinalem a publicis Ecclesiae negotiis moderabatur, concredidit. Commissionis huiusmodi potissimum fuit: emigratorum Gallorum animae et corporis necessitatibus providere; advenientes exsules in provincias Ditionis Pontificiae diribere et ad religiosas domo» piaque loca dirigere; diuturnas habere cum Ordinariis locorum, cum superioribus regularibus ac moderatoribus piarum institutionum, exsules excipientibus. necnon cum ipsis exsulibus relationes; invigilare ne mali irreperent usus; petitiones recipere iisque pro facultate consulere. Ad regimen autem hominum a Gallia profugorum Praelatum specialiter deputavit, qui res in Commissione agenda» appararet easdemque cito exsequendas curaret. Horum Praelatorum primus fuit electus Laurentius Caleppi (a. 1816 S. R. E. Cardinalis creatus), deineeps Ioannes Franciscus Falzaeappa (a. 1823 S. R. E. Cardinalis), Emmanuel De Gregorio (S. C. Concilii a Secretis pariterque a. 1816 Cardinalis S. R. E.) ac novissime Marcus Antonius Cattaneo. Praelatus Laurentius Caleppi aptissima proposuit consilia seu Piani dell'Ospitalità, quae Summus Pontifex rata habuit ne perficienda decrevit per Secretariam Status et per nuper constitutam Con gregationem Status negotiis Sardiniae regni a Gallicanis copiis occupati pertractandis (De Charitate, voll. 24 et 50; TREINER, o. c., II, pref. XXI-XXVIII; PIETRO SAVIO, o. c. p. 22 ss.). Quapropter opportuna data sunt praecepta Sanctae Sedis Legatis Augustae Taurinorum et Florentiae commorantibus, ut advenientes e Gallia exsules statuto ordine dividerent; in quinque maioribus Pontificiae Ditionis urbibus, i. e. Romae, Bo noniae, Ferrariae, Perusiae et Viterbii, stationes ad emigrante» excipiendos sunt constitutae et Antistites vel Gubernatores earum a Secretaria Status litteras ac mandata de Gallis profugis primi recipiebant et ad Episcopos sui districtus remittebant curabantque ut Apostolicae Sedis placita perficerentur.

In praestanda Gallicis exsulibus hospitalitate maxima est impensa ab Apostolica Sede pecunia: « Infatti si calcoli — a. 1793 Caleppi testabatur — il loro annuo mantenimento a soli 12 scudi l'uno l'altro, si avrà per duemila la cospicua somma di centomila scudi. Lo che ha fatto poi dire a parecchi Emigrati che Pio VI avea pagato da se solo il debito contratto dalla S. Sede con Carlo Magno » (De Charitate, vol. 24, f. 10). Sed fere viginti millia novimus fuisse exsules Gallos, qui spatio circiter annorum tredecim in Urbe et in Pontificiae Ditionis provinciis hospitio sunt recepti (THEINER, o. e., II, pref. XXXII). Quare, cum ante paucos annos Clemens Pp. XIII ad relevandam annonae caritatem ac reficiendos sodales e Societate Iesu, qui e multis Europae nationibus depulsi in Pontificiae Ditionis provincias confugerant, magnam scutorum summam ex sanctiori aerario Arcis S. Angeli extraxisset (Allocutio habita in Consistorio die 9 Aprilis 1764: Bullarium Clementis XIII, I, p. 871 ss., Bullarii Romanii continuatio, pars II, t. III, Prati ex Typografia Aldina 1843), Pius Pp. VI idem lacere non dubitavit, summam quingentorum millium scutorum ex eodem aerario sumens, non tantum ut prementibus consuleret Pontificiae Ditionis necessitatibus, sed etiam ut exsules filios quam maxime adiuvaret (Allocutio in Consistorio Secreto habita die 3 Deeembris 1792: PII VI P. M., Epist. ad Principes, an. XVIII, f. 203; THEINER, o. c., I, n. 54, p. 161

ss.): quod ipse munificentissimus gessit et numismate quoque signato, cui inscriptio erat PIVS VI PONT. M. AN. XXI - CLERO GALLICANO PVLSO HOSPIT. ET ALIM. PRAESTITA, die 4 Iulii anno 1795 perbene sacravit.

In favorem insuper Gallorum exsulum Pius Pp. VI permultas conscripsit Epistolas sive Episcopis in Europae finibus degentibus sive Legatis Sanctae Sedis apud exteras Nationes sive catholicís et acatholicis Regibus et Principibus, guarnii) omnium nonnullas tantum meminisse iuvabit: Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Parisiensi et Episcopis Convenarum, Nemausensi, Macloviensi, Trecensi et Lingonensi, Nova illa fuga, 21 Novembris 1792 (Pii VI P. M., Epist. ad Principes, a. XVI, f. 112; THEINER, o. c., I, n. 25, p. 160); Venerabili Fratri Ioanni Francisco Episcopo Leonensi, Inter angustias, 2 Novembris 1793 (PII VI P. M., Epist. ad Principes, a. XIX, f. 67 ; THEINER, o. c., I, n. 61, p. 194 ss.); Dilectis Filiis Praetori et Senatui Pagi Friburgi ecclesiasticae libertatis defensoribus, Valde gaudemus, 20 Aprilis 1793 (PII VI P. M., Epist. ad Princ., a. XIX, f. 9; THEINER, o. c., I, n. 56, p. 169 ss.); Dilectis Filiis Bajulivo et Oratoribus septem Decennarum patriae Vallesiae, Quae plurima, 31 Augusti 1793 (Pn VI P. M., Epist. ad Princ., a. XIX, f. 59; THEINER, o. c., I, n. 60, p. 193) ; Serenissimo et potentissimo Georgio Magnae Britanniae Regi illustri, Non possumus, 7 Septembris 1793 (PII VI P. M., Epist. ad Prime., a. XIX, f. 71; THEINER, o. c., I, n. 51, p. 159 ss.); Clarissimo regio Principi Augusto Magnae Britanniae Regis Filio, Haud ingratum fore, 2 Septembris 1793 (PII VI P. M., Epist. ad Princ., a. XIX, 1. 6; THEINER, o. c., I, n. 62, p. 197); eidemque, Quo temporis momento, 7 Septembris 1793 (PII VI P. M., Epist. ad Prine., a. XIX, f. 72; THEINER, o. c., I, n. 63. p. 198). At sufficiat aliqua referre verba ex Litteris Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis ac dilectis Filiis, Abbatibus, Abbatissis, Capitulis et Clero tam saeculari quam regulari Germaniae, Ignotae nemini sunt, 21 Novembris 1792 (Nuntiatura Galliae, fol. 320; THEINER o. c., I, n. 53, p. 162 ss.): « Ignotae nemini sunt, nec sine lacrimis commemorare eausae possunt, propter quas Archiepiscopi, Episcopi, parochi, sacerdotes, clerici, saerae virgines et plurimi ex regularibus regni Galliarum, illustrioribus editis suae religionis argumentis, coacti sunt suas derelinquere sedes, domicilia ac bona, diversasque petere cum catholicas tura acatholicas regiones, in quas facilius potuerunt confugere, ea apud exteros subsidia postulantes, quae a suis obtinere nequirent. Haec inclyti cleri in varias partes dispersio non potuit sane animos omnes non commovere: Nosque certe maxima laude cumulare debemus non solum prineipes, pastores et populos catholicos, qui per evangelium edocti, et verae eharitatis spiritu infiammati hos benigne exceperunt fidei confessores eosque impensa sua alendos sumpserunt; sed prineipes etiam, populos acatholicos, et in his praesertim Magnae Britanniae regem illustrem et inclytam illius regni nationem, qui omnes erga sui similes, dueti quodam spiritu humanitatis, ut ait Sanctus Ambrosius (*De Officiis*, II, 31), iisdem subsidia suppeditarunt, aemulantes gloriam antiquorum Romanorum apud quos videbatur valde decorum patere domos hominum illustrium hospitibus illustribus; idque etiam reipublicae esse ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere (CICER., *De Officiis*, II, e. 18). Ad Nos quod pertinet, qui licet immerito pastoris universalis, et patris omnium fidelium munus gerimus, majori, quam ceteros. onere obstrictos esse putavimus, promptam fereudi opem exsulibus bisce infelicibus, qui in nostrum sinum se coniecerunt. Persuasum enim Nobis satis

superque est, nusquam justius, numquam posse liberalius erogari subsidia, quam in eos qui propter causam Christi rerum suarum dispendia pertulerunt, quique de sedibus suis contumeliose, et violenter ejecti peragrant regiones, atque inter ignotos vitam quasi solitariam degere compelluntur. Hine a primo tam dirae huiusce insectationis initio patefecimus Gallis, sive ecclesiasticis, sive laicis, viscera pietatis, ipsosque cum omni beneficientia et gratia complexi sumus. Sperabant profecto hi exules aerumnosi se vitam dueturos, si minus commodam, at euris piane vacuam, atque tranquillam in iis ad quae appulerant locis: sed inopinati gallicarum copiarum progressus in Sabaudiam praesertim, et in civitatem comitatumque Niciensem, eosdem ad novam magisque lamentabilem fugam capessendam compulerunt. Nos equidem in iisdem eharitatis sensibus, et in eadem voluntate defixi, inter ipsas rerum angustias, in quibus versamur, mandavimus atque praecepimus ut novi huiusmodi exules exeiperentur atque alerentur non in nostra hac urbe dumtaxat, sed in provinciis etiam nostrae ditionis. Et hanc ipsam ob causam encyelicis litteris diei 10 mensis Octobris proxime elapsi excitandos euravimus venerabiles fratres arehiepiscopos, episcopos ditionis pontificiae, ut eorum singuli una cum suo clero et cum locis piis suae dioecesis partieipes essent operum misericordiae nostrisque paternis euris obsecundarent. Ex quo factum est ut non modo memoratis venerabilibus fratribus et utroque clero saeculari ac regulari, sed multis etiam cuiusvis generis laicis eertatim et summa cum laude nostrum exemplum imitantibus, adeo sit auctus novorum hospitum numerus, qui post Sabaudiam et Niciam occupatam excepti a Nobis sunt, ut ad bis mille haetenus exereverint. Scimus eomplures alios ecelesiasticos viros regni Galliarum favente carissimo in Christo filio nostro Francisco in Romanorum imperatorem electo, in Germaniam perrexisse, ubi minime necessariae essent hortationes nostrae ad auxilium et opem erga hos exules comparandam. Haud enim nos latet, venerabiles fratres, ac diletti filii, vos pietate et charitate longe antecellere vetustissimam majorum vestrorum gloriam, quos memoriae proditum est, erga hospites mites, et humanos fuisse: peregrinis enim omnibus hospitium ultro offerebant hospitalitatisque inter se officiis eertabant (DIODOR., lib. V, post Tacit. de morib. l'emanar., et MELA, lib. III)».

*Pius Pp. VII*, Decessoris nominis heres eiusque virtutum aemulus, Summo Pontificatu vix inito, in exsules caritatis opera pari studio est prosequutus : quod elucet ex epistula, quam clarissimus Hercules Consalvi, tunc Officia publicis Ecclesiae negotiis agendis Pro-Praefectus, Venetils, die 5 Aprilis a. 1800, ad Ioannem Franciscum Falzacappa iussu Pontificis remisit (De Charitate, vol. 22, f. 667; THEINER, o. c., II, n. 474, p. 631). Iam antea ipse Pontifex, cum Imolensis esset Episcopus, Decessoris Sui invitationibus pro exeipiendis ac relevandis exsulibus Gallis actuose respondere studuerat (De Charitale, vol. 11, ff. 366-380 et vol. 21, f. 210; THEINER, o. c., II, n. 455-57, p. 608 ss.). Huiusmodi vero caritatis officia in emigratos filios Pontifex sollicite gessit, donec, Convent ionibus inter S. Sedem et Gallicanum Gubernium a. 1801 feliciter paetis, exsules omnes paullatim ad patriam suam redire potuerunt (THEINER, o. c.. II. pr. XXIV). Hospitalitatis autem Opus, ut Caleppi verbis utamur, « sarà sempre memorabile nei Fasti della Chiesa » (De Charitate, vol. 24, f. 10 et vol. 50, initio).

(10) Litterae Apostolicae, Venerabilis Dei Famulus Vincentius Pallotti, Saeerdos romanus,

Fundator Societatis Apostolatus Catholici, Beatus renuntiatur, Ineffabilis et amantissima Dei benignitas, 22 Ianuarii 1950, A. A. S., XXXXII, p. 176 ss.; Allocutio ad parochos Urbis et concionatores sacri temporis quadragesimalis, habita die 2 Martii a. 1950, Siate benvenuti, A. A. S., XXXXII, p. 302 ss. Referuntur textus supplicis libelli a Beato Vincendo Pallotti Pio Pp. IX missi et reseripti a S. Congregatione de Propaganda Fide dati: « 18-6-1848. S. S. Papa Pio IX (O: Prop. Fide; C. a. C. R.) Beatissimo Padre, È noto alla Santità Vostra che alcuni Sacerdoti della Congregazione dell'Apostolato Cattolico stanno presentemente adoperandosi per procurare i mezzi onde fabbricare in Londra una Chiesa per comodo segnatamente degli Italiani, e che tal Chiesa sarà dedicata al Principe degli Apostoli S. Pietro. Ora ad ottenere che tal Chiesa sia fabbricata ed officiata al modo romano, e fermo rimanga lo scopo per cui viene fondata, il sacerdote Vincenzo Pallotti Rettore di detta Congregazione, e Società supplica umilmente la S. V. a volere benignamente concedere che la proprietà, direzione, ed amministrazione dei beni di detta Chiesa dovrà appartenere alla sua Congregazione finché essa esiste, ed abbia soggetti all'uopo idonei; e quando essa cessasse di esistere, o mancassero a lei soggetti idonei, sia alla S. Sede riservato il diritto di sostituire alla Congregazione stessa altra Congregazione, o Società di Preti Italiani. Che ... Ex Audientia Ssihi habita die 18 Iunii 1848. Ssmus Díius Noster Pius Divina Providentia Pp. IX referente me infrascripto Sacrae Cong.nis de Propaganda Fide Pro-Secretario perpensis expositis et audita informatione et voto R. P. D. Pro-Vicarii Apostolici Londinensis, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Datum Romae ex Aedibus dictae S. Congregationis die et anno quibus supra. Gratis sine ulla omnino solutione quocumque titulo. Alexander Bernabò, Pro-secr. ». Cfr. etiam Litteras commendaticias a Sacra Congregatione de Propaganda Fide per Card. Iacobum Philippum Fransoni, eiusdem S. Congregationis Praefectum, ad Raphaélem Melia e Societate Apostolatus Catholici, presbyterum Romanum et missionarium Apostolicum «qui Iam per tres annos in praefata Londinensi urbe plurimum pro Italis adlaboravit» die 7 Decembris anno 1847 remissas (Arch. Vicariatus Urbis, Opera della Propagazione della Fede, XII, 1341).

(11) Opus S. RAPHAELS-VEREIN ZUM SCHUTZE KATOLISCHER AUSWANDERER MOgIIIItifle die 13 Septembris 1871 canonice erectum est.

(12) LEO PP. XIII, Litterae Apostolicae sub anulo Piscatoris, Libenter agnovimus, 25 Novembris 1887.

(13) Litterae Decretales, Beatae Franciscae Xaveriae Cabrini, Fundatrici Instituti Missionariarum a Sacro Corde Iesu, Sanctorum honores decernuntnr, Spiritus Domiui, I Iulii 1946, A. A. 8., XXXIX, p. 44.

(14) LEO PP. XIII, Epistola, Quam aerumnosa, 10 Decembris 1888, Leonis XIII Pontificis Maximi Acta, Romae, ex Typographia Vaticana (1889), VIII, p. 383.

(15) Ibidem, pp. 380-384.

(16) SEGRETERIA DI STATO. Circolare n. 57171. ad Archiepiscopos Italiae. *É noto come l'emigrazione temporanea*, 19 Giugno 1900, Leonis XIII Pontificis Maximi Acta, XX. pp. 168-172; Circolare agli Arcivescovi di Milano, Torino e Vercelli, 18 Maggio 1899.

(17) S. C. CONSISTORIALIS, Notificatio, Circa Missionarios OPERIS DE ADSISTENTIA OPERA RIORUM rIALICORUM AI) EXTERAS EUROP.AE REGIONES MIGRANTIUM, Litteris Sacrae Congregationis, 31 Ianuarii 1915, A. A. S., VII, p. 95-96: « Litteris S. C. Consistorialis dies 18 Ianuarii anni 1915, de mandato Ssmi D. N. Benedicti XV, Episeopo Vicentino, qua praesidenti ad honorem et socio a consiliis Soeietatis pro Adsistentia italorum operariorum ad exteras Europae regiones migrantium, eommissum est ad nutum S. Sedis officium quod hucusque proprium erat ecclesiastici coetus Mediolanensis, vulgo Consulta, in eodem pio opere », 1. c., p. 95. Hoc autem opus OPERA DI ASSISTENZA AGLI ITALIANI IN EUROPA vulgo nuncupabatur.

(18) Litterae Decretales, Beatae Franciscae Xaveriae Missionariarum a Sacro Corde Iesu. Sanctorum honores 7 Iulii 1946, A. A. S., XXXIX, p. 44.

(19) Pius PP. XI, Litterae Apostolicae, Venerabilis Dei brini, Instituti Missionariarum a Sacro Corde Iesu Fundatrix, Beata renuntiatur. Benignus Deus, 13 Novembris 1938, A. A. S., XXXI, pp. 10-15.

(20) B. Plus X, Epistola, Venerabili Fratri Ioanni Mariae Archiepiscopo Neo-Eboracensi, Haud ita pridem, 26 Februarii 1904, Pii X Pontificis Maximi Acta, Romae, ex Typographia Vaticana (1905), I, pp. 180-181.

(21) « Vi raccomando in modo speciale gl'italiani emigrati poveri, lontani dalla loro patria; essi hanno bisogno del vostro appoggio, affinchè con la loro condotta non abbiano mai a disonorare il loro patrio nome »: B. Plus X, Sermo XV, Vi ringrazio, 18 Novembris 1908, Pii X Pontificis Maximi Acta, Romae, ex Typographia Polyglotta Vaticana (1914), IV, p. 305.

(22) Epistola, Quod hierarchia, 6 Iunii 1911, A. A. S., III, p. 262 s.: « multum operae ac studii conferendum est etiam ad salutem advenarum... cupimusque propterea dari operam, ut iis, maxime in ingressu vitae transmarinae, per celeberrima quaeque loca, ubi consueverunt consistere, sacerdotes nonnulli, qui eadem utantur lingua, praesto sint. ad opitulandum congruenter ».

(23) SEGRETARIA STATUS, Epistola ad R. P. Vicentini, Superiorem generalem Instituti Missionariorum Saneti Caroli, quorum zelus pro emigrantibus Italicis merito commendatur, Ho ricevuto, 15 Gennaio 1912, A. A. S., IV, p. 333; B. Pius X, Epistola ad R. D. Dominicum Vicentini sacerdotem, moderatorem Instituti a S. Carolo pro Italis demigrantibus, occasione solemnitatum in memoriam Ioannis Baptistae Scalabrini, eiusdem Operis institutoris, celebratarum, Vehementer nobis, 4 Septembris 1912, A. A. S., IV, pp. 581-582.

(24) « Audivimus enim, ut ita ipsa societas, permultis aucta sodalibus, sollemne usque adhue habuerit et popularium suorum levare inopiam et tempia vel sacella non pausa, in eiusdem Patroni sanctissimi honorem, apud italos exterasque gentes ve! eccitare vel tueri; ut minuta opuscula et libros, ad mores fidemque custodiendam ab sua editos officina, in vulgus passim disseminaverit, atque in haec omnia ingentem pecuniae vim ad hunc diem insumpserit. Neque minus habemus compertum, per vos postremis hisce annis magnam partem stetisse, ne complures ex Italis, qui in Americae regionibus degunt, aliquam religionis iacturam facerent; nam quo magis per eam locorum vastitatem spiritualis vitae praesidiis destituebantur, eo studiosius ipsos ad pietatem excoleudos consilioque iuvandos, Antoniana quoque ephemeride latius diffusa, curastis »: B. PIO X, Epistola ad dilectum Filium Praesidem Piae Societatis Antoniauae Universalis; quam laudibus prosequitur, Quo societas, 25 Martii 1914, A. A. S., VI, p. 259. SECRETARIA STATUS, Epistola ad R. P. H. D. Casgrain, rectorem Societatis Catholicae pro emigrantibus, nuper in Canadensi Regione conditae, Il a été particulièrement, le 12 Février 1914, A. A. S., VI, p. 132.

(25) SOCIETÀ DEI MISSIONARI D'EMIGRAZIONE DI S. ANTONIO DA PADOVA instituta mense Iulio a. 1905 a sacerdote Ioanne Iacobo Coccolo et amplis verbis commendata in a Lettera dell'Etto Cardinale Merry del Val, Segretario di Stato, agli Ecciti Arcivescovi e Vescovi d'Italia », *Una iniziativa sommamente giovevole*, 25 Gennaio 1908.

(26) SECRETARIA STATUS, Epistola ad Italiae Ordinarios, de operariis ex Italia in exteras nationes migrantibus, *Uno degli argomenti*, 8 Sett. 1911, A. A. S., III, pp. 513-518.

(27) S. C. CONSISTORIALIS, De emigrantium cura: quaesita quae proponuntur Ordinariis locorum immigrationis, prot. n. 503/12; quaesita quae proponuntur Ordinarlis locorum emigrationis, prot. 894/13.

(28) B. Pius X, Motu proprio, De Italis ad esterna emigrantibus, Iam pridem, 19 Martii 1914, A. A. S., VI, pp. 174-175.

(29) S. C. DE SACRAMENTIS, Instructio ad Ordinarios circa statum liberum ac denuncia tionem finiti matrimonii, Perlatum haud semel, 6 Martii 1911, A. A. S., III, pp. 102-103.

(30) Instructio ad Revmos Ordinarios locorum super probatione status liberi ac denun tiatione finiti matrimonii, Iterum conquesti sunt, 4 Iulii 1921. A. A. S., XIII, pp. 348-349.

(31) S. C. DEI SACRAMENTI, Circolare agli Ecciti Arcivescovi, Vescovi e Ordinari dei luoghi d'Italia relativa alla celebrazione dei matrimoni per procura, 1 Maggio 1932, n. 11255/32.

(32) B. Pius X, Bulla seu Litterae Apostolicae, Ea semper fuit, 14 Iunii 1907, Pii X Pontificis hlavimi Acta, Romae, ex Typographia Polyglotta Vaticana (1914), V, pp. 57-68; S. C. DE PROPAGANDA FIDE pro negotiis Ritus Orientalis, Decretum de spirituali administratione Ecclesiae Graeco-

Ruthenae in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis, *Cum Episcopo*, 17 Augusti 1914, A. A. S., VI, pp. 458-463.

(33) B. Pius X, Litterae Apostolicae, *Officium supremi*, 15 Iulii 1912, A. A. S., IV, pp. 555-556.

(34) B. Pius X, Litterae Apostolicae, Ad R. P. D. Patritium Fergo Mac Evay, Archie-piscopum Torontinum: laudatur associatio pro diffusione Ecclesiae Catholicae Toronti in Dominio Canadensi constituta ditaturque indulgentiis, Allata nuper, 9 Iunii 1910, A. A. S., II, pp. 536-540.

(35) S. C. DE PROPAGANDA FIDE pro negotiis Ritus Orientalis, Decretum, Fidelibus ruthenis, 18 Augusti 1913, A. A. S., V, pp. 393-399.

(36) B. Plus X, Litterae Apostolicae, Venerabilibus fratribus Victori Mihalyi de Apsia, Archiepiscopo Fogarasiensi et Albae Iuliae, atque Episcopis suffraganeis ecclesiasticae provinciae ritus Graeci-Rumeni, De Ecclesia Sslni Salvatoris ad vicum Delle Coppelle rumeno Episcopatui concredenda, Universi Episcopatus, 31 Martii 1914, A. A. S., VI, pp. 222-223.

(37) B. Pius X, Motu proprio, De catholicorum in exteras regiones emigratione, Cum omnes catholicos, 15 Augusti 1912, A. A. S., IV, p. 526 s.

(38) S. C. CONCILII, Litterae diei 3 Febr. 1886 et 27 Mart. 1889; Litterae ad Episcopos et Ordinarios Italiae et Americae, Non sine magno, 27 Iulii 1890; Decretum de Clericis in Americani et ad Insulas Philippinas profecturis, Clericos peregrinos, 14 Nov. 1903, Pii X Pontificis Acta, Romae, ex Typographia Vaticana (1905), I, p. 63; «Ne quae salubriter in Domino constituta iam fuerunt annorum decursu memoria excidant, maxime cum, etiam in praesens, haud raro contingat, quod sacerdotes non pauci absque S. H. C. Concilii venia ex Italia praesertim in Americam se conferant, Sslúus Dominus noster Pius Pp. X decretum quod inscribitur: De clericis in Americani et ad Insula4 Philippinas profecturis, ab eadem S. H. C., die 14 Novembris anno 1903 editum, vulgari iterum mandavit. Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Concilii, die 7 Septembris 1909 », A. A. S., I, pp. 692-695; S. C. CONSISTORIALIS, De sacerdotum Polonorum admissione in clerum dioecesanum Statuum Foederatorum Amer. Sept., Anno proxime elapso, Responsio diei 9 Decembris 1909, A. A. S., II, pp. 102-108.

(39) S. C. DE PROPAGANDA FIDE, Litterae (Dei 12 Apr. 1894; S. C. DE PROPAGANDA FIDE pro negotiis Ritus Orientalis, Epistolae circulares, ad locorum Ordinarios Latini ritus, de non permittendis Orientalibus eleemosynarum emendicationibus absque venia eiusdem Sacrae Congregationis, Sacrae huic, 1 Ianuarii 1912, A. A. S., IV, pp. 532-533.

(40) S. C. CONSISTORIALIS, Decretum de clericis in Americam profecturis, ad omnes Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Bosniae et Hercegovinae Ordinario», Neminem latet, 4 Octobris 1911, n. 567/11.

(41) S. C. CONSISTORIALIS, Decretum de sacerdotibus in certas quasdam regione» demigrantibus, Ethnographica studia, 25 Martii 1914, A. A. S., VI, pp. 182-186; Declaratio, circa Decretum Sacrae Congregationis Consistorialis de sacerdotibus in certa» quasdam regiones demigrantibus diei 25 Martii 1914, A. A. S., VI, p. 671.

(42) S. CONSISTORIALIS, Decretum de clericis in certa» quasdam regiones demigrantibus, Magni semper negotii, 30 Dec. 1918, A. A. S., XI, pp. 39-43.

(43) S. C. PRO ECCLESIA ORIENTALI, Decretum de clericis Orientalibus, sive saecularibus, sive religiosis, qui e territoriis aut dioecesibus Orientalibus in Septentrionalem vel Diediam, vel Meridionalem Americam, vel in Australiae regiones demigrant, ut spiritualem inibì euram praestent fidelibus proprii ritus, Qua sollerti alacritate, 23 Dec. 1929, A. A. S., XXII, pp. 99-105; Decretum de clericis Orientalibus, sive saecularibus, sive religiosis, qui e territoriis aut dioecesibus Orientalibus in Americam Septentrionalem, vel Mediam, vel Meridionalem, vel in Australiae regiones se conferunt, non ad curam spiritualem fidelíbus proprii ritus praestandam, sed ob aliam causam, oeconomicam vel moralem, vel demum ut inibi per breve tempus versentur, Non raro accidit, 7 Ian. 1930, A. A. S., XXII, pp. 106-108; Decretum de clericis Orientalibus eleemosynas, pecuniam vel missarum stipendia colligentibus seu corrogantibus extra Orientales reginnPS, et dioeceses, *Saepenamero Apostolica Sedes*, 7 Ianuarii 1930, A. A. S., XXII, pp. 108-110; Instructio de clerici» Orientalibus apud exteras nationes praeter proprium Patriarchatum vel propriam regionem versantibns, Quo facilior vetustorum, 26 Septembris 1932, A. A. S., XXIV, pp. 344-346; Monitum de normis servandis quoad clericos ritus Orientalis extra fines proprii Patriarchatus peregrinantes, Sacrae Congregationi, 20 Iulii 1937, A. A. S., XXIX, pp. 342-343; Decretum de annua relatione ad Sacram Congregationem mittenda a sacerdotibus ritus Orientalis curam animarum habentibus extra fines sui Patriarchatus, sub iurisdictione Ordinarii alieni ritus, *Cordi semper fuit*, 16 Novembris 1938, A. A. S.. XXXI, pp. 169-170.

(44) S. C. DE PROPAGANDA FIDE, Decretum de clericis ex Europaeis dioecesibus in Australiam vel Novam Zelandiam demigrantibus, *Ad tuendam disciplinam*, 21 Octobris 1948, A. A. S., XLI, pp. 34-35.

(45) B. PIUS X, Motu proprio, De Ifalis ad externa emigrantibus, Iam pridem, 19 Mart. 1914, A. A. S., VI, pp. 173-176.

(46) L. c. p. 175.

(47) BENEDICTIIS Pp. XV, Chirographum, *Il Sommo Pontefice Pio X*, 16 Ottobre 1914. `

(48) S. C. CONSISTORIALIS, Litterae circulares ad Emos Americae Ordinarios, de emigrantium Italorum cura, Cum in varias Americae, 22 Februarii 1915, A. A. S., VII, pp. 145-146; Circolare, 24 Dicembre 1915; Circolare ai Revmi Ordinari d'Italia, 25 Maggio 1918.

(49) S. C. CONSISISTORIALIS, Litterae circulares ad Emos Ordinarios dioecesum Italiae, de spirituali emigrantium cura, *Il dolore, e le preoccupazioni*, 6 Dicembre 1914, A. A. S., VI, pp. 699-701.

(50) S. C. CONSISTORIALIS, Litterae circulares ad Rmos Ordinarios Italiae, Ad subveniendum patronatibus, 2 Ianuarii 1918, n. 682/17.

(51) B. Plus X, Motu proprio, De Italis ad externa emigrantibus, Iam pridem, 19 Martii 1914, A. A. S., VI, pp. 173-176.

(52) S. C. CONSISTORIALIS, Lettera circolare ai Revmi Arcivescovi e Vescovi di Calabria sulla costituzione di Patronati ecclesiastici in pro degli emigranti, *Assai. gradite*, 24 Novembre 1916, A. A. S., VIII, pp. 437-438.

(53) BENEDICTUS Pp. XV, Epistola ad R. P. D. I.eopoldum Duarte Silva, Archiepiscopum Sancti Pauli, eius caritatis et episcopalis officii opera meritis laudibus cxornans, Tristia, laeta, 24 Maii 1919, A. A. S., XI, pp. 272-273.

(54) BENEDICTUS Pp. XV, Epistola ad R. P. D. Thomam Iosephum, Episcopum Trentonensem, cuius paternas curas erga Italos commigrantes dilaudat, Inter praeclaras iaudes, 10 Decembris 1920, A. A. S., XIII, pp. 89-90.

(55) S. C. CONCISTORIALE, Per l'assistenza religiosa ed economica dei lavoratori in risaia, Agli Ordinari di Lombardia, Piemonte, Emilia e Liguria, Mi faccio un dovere, 20 Luglio 1918, n. 557/18.

(56) S. C. CONSISTORIALIS, Notificazione circa la costituzione di un Prelato per l'emigrazione italiana, Esistono in Italia, 23 Ottobre 1920, A. A. S., XII, p. 534 s.

(57) S. C. CONSISTORIALIS, De Pontificio Collegio Sacerdotum pro Italis ad externa emigrantibus, Notificatio, Sacerdotumn Collegium, 26 Maii 1921, A. A. S., XIII, pp. 309-311.

(58) S. C. PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS, De cura captivorum a clero habenda, Ex audientia Ssnri, die 21 Decenrhris 1914: « Ssmus D. N. Benedictus divina providentia Papa XV, cum vehementer doleret et angustias, quibus misere afficerentur innumerabiles homines teterrimo hoc bello capti, et anxietates, quibus eorumdem familiae idcirco premerentur quod diu penitus de suis iguorarent, Secum animo reputavit quo patto posset utrisque pro facultate solacium auxiliumque afferre... EUGENIUS PACELLI, Secretarius », A. A. S., VI, pp. 710-711; cfr. etiam Epistolam Cardinalis a Secretis Status, 1. c. pp. 711-712.

